& humanus es quid Legatus vester: quid vni  
uerse Italie oratores de pace mecum gerint per  
cupide expectare. Nos igitur presenti epla  
ab hoc desiderio vos liberamus: dicimusq; nos  
deo bene iuuante pacem firmasse ac belli socie  
tatem iniuisse per nos vtiq; simplicem atq; sin  
ceram. Nam licet eorum aliqui in nos aperte  
deliquerint: nos tamen & iussu Sanctitatis tue  
& illoz penitentia ac precibus moti delicta di  
misimus: omnemq; ex animo iram aut odium  
absterimus. Iam tempus erat misereri: diuq;  
belloz calamitatibus vexate Italie consulere

& vires nras & conatus omis in theuchrum  
 perniciosissimum xpi ac xpianoz hostem  
 conuertere. Ad quamquidem rem haud am-  
 plius consulto: sed facto potius opus ee intelli-  
 gimus. Et hec quidem apud nos acta sunt.  
 Bre nunc partes erunt beati<sup>me</sup>. pater xpm  
 dominum sumum & singlarem deum orare  
 vti pax & societas hec firma sincera pura &  
 duratura sit in laudem & gloriam ipius  
 xpi & augmentum & tutelam xpianorum  
 reipublice.

**R**ecordamur pater beati<sup>me</sup>. nos. S. V. pro no-  
 nullis subditis nris & quidem nobis percaris  
 religioni deditis sepius orasse vt eos ad preclarissima  
 cardinalatus dignitatem promouere atq; euehere dig-  
 naretur: idq; anobis valde expeti pluribus verbis  
 ostendimus. Ceterum volumus existimet S. V.  
 in nullum nuq; eorum tam propensam ac tam  
 pronam fuisse q; in Simonem Archiepm panhor-  
 mitanum pp; eximias ac singlares virtutes. In  
 eo enim insunt omnia ornamenta que in optimo  
 quoq; eiusmodi viro inesse debeant. Vita emenda-  
 tissima. mores probatissimi: doctrina no mediocri  
 nobilitas: bonitas: pietas: castitas liberalitas: summa  
 religio. Quibusquidem rebus adducimur vt eu-  
 mirum in modum diligamus atq; vt optemus ipm



ad amplio rem dignitatis gradum extolli. Quod cum ita sit: a S. N. ita vehementer petimus ut pro nemine animo vehementius petere possimus: ac maiorem in modum supplicamus ut hunc ipsum Archiepiscopum nostram etiam gratia in numerum cardinalium cooptare atque admittere dignetur: quo se etiam oratu nostro ornatum atque auctum sciat. Quod si fecerit ut speramus & confidimus: maximum nos & optatissimum munus a S. N. suscepisse profitebimur.

**N**on dubitamus Rex inclite Maiestati vestre notos esse conatus Macumeti turchoy dominum: Christianoy hostis communis: quia tanta res latere non potest etiam remotissimas gentes. Sed tamen quia nos ut ij qui illi propiores sumus consilia & progressus suos melius ac certius scire possumus: de ea re scribere Maiestati vestre decreuimus. Fecit is quidem & facit ut edocti suique ab hominibus non vanis per litteras ac nuncios apparatus maximos: comparatoque ingenti exercitu parat populos Grecie finitimos ac usque superatis Italiam ac totum occidentem inuadere: ac nomen Christianum delere si possit: minitaturque Romam primum petere velle: nec est dubium nisi eatur obviam eius furori atque audacie quoniam breui tempore subactis Illiricis in Italiam erumpat.

atq; inde omnes xpianos crudeliter vexet. Nos vero cogitantel getas quondam Scythie populos Italiam atq; Hispaniam oppressisse: non possumus non pertimescere huiusmodi nepharios conatus: & ob eam causam classem paramus qua nos ab eius armis tueamur: & si possumus xpo adiutore: eum etiam ledamus ne longius extendatur illius rabies. Quod si & maiestas vna pro viribus facere deliberauerit: licet classi vne ex omnibus locis maritimis frumenta & omnia necessaria eodem precio quo classi nre comparare: neq; ullam differentiam inter vram nramq; classem pro nra coniunctione ac firma beniuolentia fieri patiemur. Plura super hac re non scribimus si id vnu diximus eum ee presentem rerum statum vt ab omnib; xpianis apparatus accelerari oporteat.

**C**um proxime per presentationem Rm. in xpo patris Patriarche Alexandrini ad Archiepatum montis regalis in Sicilia vacet epatus vrgellensis: eandem S. humiliter oramus vt hunc ipm epatum vrgellen. celeberrimi nois theologo magro Michaeli de epila conferre dignetur. Est hic quidem in Sacra theologia obseruantissimus mihi magister: tum etiam vite purissimum exemplar ac morum

constantissimum lumen & dux. his itaq; & alijs  
egregijs ac propé diuinis eius animi dotibus per  
moueor beati<sup>me</sup> pater cum tam vehementer carui  
habere & ad dignitates maximas quibus maxie  
dignus mihi videtur promouere. Hoc igitur qd  
tantopere a S. V. peto cum intellexero mea causa  
factum ac concessum mihi ee: ingentis sane gra  
tias ac laudes habiturus sum S. V. Quam de  
omnipotens nobis diuissime in prosperitate conser  
uet. iij. Nouebe) M. cccc. LV.

**A**ccepi proxime litteras a Petro duce sanuensium:  
& octo viris rei bellice prefectis: quibus in me  
transferre conantur: quod in eos nobilitatum  
est inconstantie viciium. Nam confectis inter  
nos nuper inducijs: confestim oppida que in insu  
la Corsica tenebamus inuasore: dirupere: & quod  
inhumanius est: presides & populares nros cru  
delissime intereme. Idq; cum prius ipi contra  
inducias patranerint: postea nos leuitatis insi  
mulare non verentur. Ego vero litteris eoz  
coactus sum respondere: & enim exemplaria  
litterarum per Italiam dimiserant: quibus satis  
facere meq; expurgare necesse fuit. Exemplar  
itaq; suarum nrarumq; litteraz ad vos mitte  
decreuimus: simul & vobis in memoriam re  
uocare volumus conditionem federeis int nos



olim percussi: ne cui confederatorum scilicet inter  
Januenses & me: sese intromitte' auxiliūne p̄stare  
liceat. Valetē. X. Augusti. M. cccc. LV.;

Quamuis tociens Januenses beati<sup>me</sup> pater me armis  
minisq; prouocauerint: ac nuper etiam in cons  
pectu maiestatis nre classem ostentauerint cū  
ab oculis nris discedentes Siglum oppidum nrm  
compilaunt ac in suburbium Castilionis nri  
& in naues aliquot subditoꝝ nroꝝ contra fede  
ra iurisq; iurandi religionem seuerint: nos  
nihilominus si recte eorum oratori respondiꝝ  
si extra regni nri fines sese continuerint Janu  
enses: nos eodem animo erga eos fore quo iam  
dudum fuimus pacem & concordiam non  
refugere ea restituere promptos eē & quide  
apud cōmunes iudices que iure restituenda  
eēnt si qua modo restituenda eēnt. Deniq; ab  
equitate atq; iusticia nihil prorsus recedere  
sino cessuros nos eē aliquid de iure nro dūmo  
do non prepediant expeditionem nram qua  
contra theucros pro xpiane fidei salute impre  
sentia paramul. Nec cum respondiſsemus:  
abiit Syrectus. Nos vero suspicantes quod  
postea euenit Januenses haud quaq; sese reten  
tuos: sed in contemptum nri iterum atq;  
iterum proxime accessuros classem nram

in tutelam Regni & popularium nrorum e Nea-  
poli dimissimus que classem Januensium treve-  
mium nacta intra fines nros ut par fuit iusti  
iniustos: mittes superbos prouocati innaden-  
tes facile profligarunt atq ceperunt. Et ec-  
cum ita acta sint: non proptea putet. S. V. me  
insolentem aut inhumanum victoria factu:  
Sed eo promptiorem ad pacem ee: quo Xpi  
domini voluntatem intelligimus alio nos ac  
vires nras procul dubio dirigent: vnde for-  
tassis xpianis ipis salus: & xpo deo sumo &  
singulari & gloria sit futura.

**S**i perrexero nram causam contra Januenses  
amplius iustificare apud reuerentiam vram  
optime pater: nihil aliud faciam: q quod aiut  
acta agere. Ego quidem ille idemq sum: nihil  
omino victoria imutatus: quin libentius pace  
nunc illis concessero: quo nobis propositum e  
contra turchum vires & potentiam nram  
in xpi domini gloriam experiri. modo id  
petant Januenses atq desideret: quod ius aut  
equum sit petere & desiderare. Victoria  
quidem: nos a iusticia qua precipue colimus:  
nequaquam auertit;

**I**llud maxime ee officium amici cognouimus

20

dux illustrissime: si cum aliquid prosperi alteri  
euenerit significet alteri ut alter alterius leticia  
afficiatur ac gaudeat. Nos vero cum vos in  
caris carissimos semper habuerimus consonum  
fuit renunciare vobis imprimis victoriam  
quam de Januensium classe nuper habuimus  
| Uti quidem Sacrosancto federis in memores arma  
ta classe nos usque Neapolim insectantes nequid  
semel fecisse contenti: sed iterum Regnum nostrum  
inuadentes: tandem petulantie & temeritati  
penas dedere. Nam cum classis triremium  
nostrarum e portu neapolitano soluisset ut regni  
nostrum fines ab impetu hostium tutaretur: incidit  
in triremes Januensium atque illas intra fines  
nostros iam nactas: nullo negotio fudit: fugauit  
cepit. tres quidem haud amplius atque hec alax  
beneficio euasere. Itaque Januensium ferociam  
deo iuuante contudimus atque repressimus: neque  
ob id quicquam nos mutatos esse credatis a consue-  
tudine & lenitate nostra: illos quidem haud mi-  
nore beniuolentia complexuri sumus si pacifice  
& humaniter victuri sunt: & ius si quod in nos  
pretendunt experiri non armis sed legibus  
malint. Nos itaque pacem diligimus: preser-  
tim si nihil dedecoris allatura sit. Et cum hoc  
semper atque omni tempore: tum vel maxime  
impresentiary cum Christus deus verissimus

nos nr̄amq; potentiam si qua est contra teucros  
infensissimos eius hostes aduocare iure optimo  
videatur

Quoniam per xp̄ianorum negligentiam videmus  
teucroz animos quottidie crescere atq; insolere  
& nisi illorum conatibus statim occurratur:  
de religione nr̄a ac xp̄ianis om̄ibus actum esse.  
statuimus xp̄o domino adiuuante contra teu-  
cros ip̄os: sum̄is totisq; viribus expeditionē susci-  
pere. Neq; ad hanc rem honestissimam atq; pi-  
ssimam perficiendam: quicq; om̄ittē quod condu-  
cere aut iuuare videatur. propt̄ea quandoq; de  
ad hoc quod parauimus imprimis re frumentaria.  
opus eē intelligimus. Vos hortamur atq; petim;  
vt statim lectis litteris aratoribus seu vulgo  
massariis om̄ibus iubeatis ac persuadeatis. vt  
sementem q̄ maxime fieri potest amplissimam:  
faciant. augeantq; omnifariam legumina atq;  
ordea: qua ex re & ip̄is prouentura est inspe-  
rata & certissima vtilitas. & nobis comodissi-  
mum atq; acceptissimum facient. Quidqd  
sup̄ hac re ordinaueritis: quidqd auxeritis: qdqd  
deniq; v̄ra de opera atq; industria nobis spe-  
randum sit nec ne: ilico renunciabitis. vt vel  
v̄re diligentie acquiescamus: vel alit̄ nobis pro-  
uideamus;

at̄s segetem.

2

**E**t si satis intelligimus Nicholae pater beatissime  
de te tuisque singularibus ac pene diuinis virtu-  
tibus: satis esse nihil omnino quam pauca dixisse: tamen  
ne nostra salutatio hec apud virum presertim omni-  
um bonarum artium abundantissimum iei-  
una prorsus ac nuda videatur: concedes pro tua  
humanitate ac mansuetudine: nobis a Sereni-  
mo filio tuo Rege Alfonso Legatis: in ipso salutatio-  
nis officio: pauca quedam de tuis laudibus inter-  
serere. Nam cum soleas in omni natura benignus  
ac facilis esse: tum maxime in Alfonso  
Regem ac regios omnes: tuam hanc animi be-  
nignitatem prestare iure quidem ac merito  
consuisti. Ab illo enim vnice vnus ex omnibus  
& perseverant amari: & pie observari: & reli-  
giosissime coli: satis superque compertum habes.  
Primum igitur salutationis: postea legationis  
munus: breuibus quidem absoluimus. Sed  
quibus ego cui date sunt a clarissimis grauissi-  
misque collegiis salutandi partes: te potissimum  
Laudibus exonerem: in quem omnes fere ani-  
mi atque ingenii doctes veluti quoddam tranquil-  
lissimum exoptatissimumque domicilium liben-  
tissime commigrarunt. Quam vero in medium  
proferam: cui statim altera quam omiserim non  
quodammodo inuideat laus: omnes enim in te  
animi virtutes: eque admirabiles: eque perfecte

ac consumate sunt. Volenti igitur mihi pauca e mul-  
tis perstringere: hoc primum graue admodum oc-  
currit: q̄ que quibus anteferam non inuenio. deinde  
illud multo etiam grauius accidit: q̄ de te coram  
ip̄o verba facturum sum pater beati<sup>m</sup>: qui cum lau-  
danda facias: laudari tamen vehementer exhor-  
ret. benefactorum modo conscientia contentus:  
omnem & virtutis & actionis laudem non hoī  
sed immortalī deo deberi: a quo bona omnia profi-  
ciscuntur existimans. Et sane qui laudes morta-  
lium aspernatur: non hominū solum admiratione:  
sed dei quoq̄ beniuolentia: dignum se fecit. Et  
enim tu quanq̄ sis & doctrina & sapientia miri-  
fice preditus: num ob hoc te ad amplissimam atq̄  
eminentissimam hanc dei sedem euectum puta-  
uerim? minime. Sed animi moderatione: hac  
ip̄a presertim: qua mortalium comendationem  
paruifacis: tum morum sobrietate: mansuetudine  
religione: puritate: humilitate te dignum factū:  
quem Christus dominus. opt. max<sup>o</sup> & verus  
deus: sibi in<sup>teris</sup> Vicarium delegerit assumpseritq̄.  
Aderant in sacratissimo collegio vbi Pontifex  
maximus legebatur viri (pace tua dixerim) te  
genere clariore: diuiciis ac facultatibus ampli-  
ores: fauore & gratia acceptiores. aderant qui-  
dem: sed & aderat quoq̄ spiritus sanctus ad  
quem potissimum Pontificis optionem spectare

22

credimus: qui maioribus illis posthabitis: humilem  
pauperem mansuetum: in sublimissimam excel  
lentissimamq; dei sedem diuina prouidentia  
collocauit. Nec tu sane pro tam celesti & admira  
bili beneficio ingratus es. Nam redditus & fruc  
tus omnes quos iure optimo tibi debitos recipis:  
non bellis gerendis aut corporis voluptatibus  
profundis: non propinquis aut familiaribus  
erogas: non tibi deniq; ut pleriq; faciunt coacer  
uas: Sed in dei optimum maximuq; cultum: in  
pauperum sustentationem: in basilicarum & templo  
rum instaurationem reparationemq; potissimu  
confers. Attestatur hanc eximiam animi  
tui beneficentiam ac perpetuo attestabitur: Pri  
cipis apostolorum basilica: in quam instauran  
dam reficiendam amplificandam tantum  
vnu contulisti ac quotidie confers: quantu  
ne ceteri quidem omnes Pontifices antecessores  
tui. Neq; illud beneficentie tue aut potius pie  
tatis exemplum pretereundum fuit: q; quotquot  
aut grecis aut latinis litteris viros in toto ter  
rarum orbe prestare & excellere intelligis:  
illos continuo ad te euocas: euocatosq; salari  
is: muneribus: donis: officiis: beneficiis excipis:  
auges: honestas: exornas: contines. Vexq; et  
declaras quod prouerbio continetur: doctos  
doctus amat. Quantum vero & auctoritate

& eloquentia valeas ac polleas: satis ostendunt & principes plurifariam & populi: quos apostolice Sedis Legatus adieris: quos omnes in sententiam adduxeris: nonnullos etiam ad sanitatem reducis: ac summo Pontifici & pietati christiane: posita omni pertinacia: parere & obedire coegeris. Expectat fortasse qui adsunt: ut de scientia tua: & verum fere omnium humanarum ac diuinarum pericia: qua maxime inter philosophos ac theologos nostri temporis excellis: non nihilum in presentia referam: eo presertim: quod pro nostra veteri consuetudine: me sciunt cum Bononie degeremus: sepe numero te de rebus maximis inter illustres philosophos acerrime disputantem audiuisse. Vix hoc loci neque ea de re plura: neque de tuis reliquis maximis innumerabilibusque ornamentis dicere consilium est. Munus quidem expectatissimum Legationis restat: quod quo in loco: quoque in tempore pater beati<sup>me</sup> iusseris: a nobis explicabitur;

**G**audeamus & vehementer letemur illustri<sup>me</sup> Princeps atque amplissimi viri hoc honestissimum Legationis munus quamquam per magnum atque difficile: nobis ab Alfonso inclito Rege nostro demandatum fuisse: ut iis simus qui nobis de pace & societate constituta gratulemur. Quod enim est quod aut nobis dictum: aut vobis



23

auditu iocundius accidere potuerit. Periocundū  
quippe est ad eam ciuitatem nos oratores missos  
ēē que ob virtutes ac res a se amplissime gestas dig-  
nitate atq; opibus floret & gloria. Nec vero mi-  
nus iocunda auditu vobis putamus fore que de  
pace ac federe renouataq; nuper int̄ Regem nr̄m  
vramq; tempū<sup>am</sup> amicitia cōmemoraturi sumus  
Nihil est enim aut animo acceptius: aut auribq;  
ip̄is suauius q̄ de pace & beniuolentia sermo. Irre-  
pit enim nescio quomodo sensus nr̄os: retinetq;  
vehementer eiusmodi oratio totosq; penē artus  
titillat ac permouet. Est enim insitus ex natura  
mortalibus pacis ip̄is amor. Sed mala consue-  
tudine aut ambitione & nimia cupiditate non  
nunq; elabitur: que postea si quando renouatur  
multo fit dulcior atq; iocundior q̄ antea fuerat  
Quod quidem vt Regi nr̄o contigit ita & vobis  
contigisse existimamus qui pacem ip̄am nō mo-  
do non ab iniūstis: Sed etiam renouande rein-  
tegrandeq; veteris amicitie gratia ip̄am etiā  
vltro expetiistis. Rex ip̄e quidem vt antea do-  
lebat bellum int̄ vos & se ip̄m exortum ēē: ita  
nunc letatur pacem extincto bello armisq; po-  
sitis reuocatam ēē: reintegratamq; amicitiam  
illam quam & ip̄e & maiores suos Aragonū  
Reges cum v̄ra republica sanctam atq; inuio-  
latam ante hec fatalia tempora religiose

seruarent: Namq; intercederunt inimicicie  
non voluntati: sed euidam facto tribuende sūt  
Vtraq; enim pars inuita arma suscepit. Sed  
ita tulit temporum condicio: ita socioꝝ ratio q̄  
bus ex federe plurimum debeat vti aduersus  
vos bellum gereret vos item aduersus eum.  
Sed tamen illa acerbitas animorum que ple-  
rūq; inter hostes eē consueuit in eo bello absuit  
vt satis apparet ac iudicari posset. Vtriq; par-  
ti pacis magis q̄ belli consilia probari: idq; etiā  
magis euentus docuit. Simulac enim vos pacē  
expetere ostendistis nunq; Rex neq; pacis men-  
tionem: neq; nuncios: neq; oratores de pace vros  
aspernatus est donec pax tandem effecta est. hoc  
satis videtur declarare quantum Rex ip̄e cupet  
veterem atq; optimam amiciciam reintegrare  
quam a maioribus suis incoatam ip̄e in omni  
vita incorrupte seruauit. Et vos quoq; id ip̄m  
haud obscure testati estis. Neq; enim pace mo-  
do contenti fuistis quin etiam paci societatem  
& fedus adici voluistis: que non solum antica  
amicicia renouetur: Sed maior etiam arctiorq;  
inde animorum coniunctio consequatur. Ita fit  
vt bellum fatalis quedam necessitas induxit  
pacem voluntas & prudentia reuocauerit.  
Nec vero dubitamus quin quo consensu pax  
confecta est: eodem perseueret ac duret. pax

24

enim non modo ipa dulcis e. Sed etiam ipius  
nomen blandum ac suauis. tum vel ipa ut ait  
Cicero noster salutavis. Hac enim agri: hac  
urbes hac vel priuate: hac publice: hac deniqz  
Regna constituuntur & conseruantur: quos  
& poeta ille non insuauis his paucis versibus  
satis expssit. interea pax arua colat pax candi  
da primum duxit araturos subiuga curua bo  
ues. Pax aluit vites & succos condidit vne. fun  
deret ut nato testa paterna merum pace bibes  
vomerqz vigent ac tristia duri militis in tene  
bris occupat arma situl. Nec enim quibus hoi  
num vita sustentatur nulla cent omino ut vi  
detis pace concordiaqz sublata. Quod etia  
Agrigentinus ille & philosophus & poeta cele  
berimus carminibus grecis vaticinatus est  
Aut enim que creata sunt ea omnia concordie  
beneficio constare atqz conseruari que videlicet  
interuentu discordie obuerti atqz deleri necesse  
sit. Mihi quidem semp ita visum est qui pace  
& tranquillitatem negligent: hi sumam homi  
num felicitatem haud satis intellige videntur  
Totius enim iusticie fructus est pax. Quid  
proderat dispersos homines eloquentia concili  
asse: nisi conciliatos pax ipa in societate & ius  
ticia continet. Quicquidem cu vnicuiqz ci  
uitati amabilis & iocunda ee debeat vestre

tamen q̄maxime' ut quam amarioribus vestris  
dignitatem accepistis: ac vobis ip̄i egregia v̄ra  
virtute peperistis perpetuo tueri & conseruare  
possitis. Et enim ea ciuitas v̄ra est que de om̄i  
gēne laudis atq; virtutis cum quauis non modo  
earum que hac tempestate preclare & celebres  
habentur: Sed etiam cum om̄i possit antiqui  
tatis memoria contendere. Quales enim  
v̄ros (ut om̄ittam admirabilem v̄rbis situm  
edificioꝝq; ornamenta) quales inter v̄ros: qua  
prudencia: qua grauitate: quo consilio: qua  
auctoritate semper habuit hec vna gratia glori  
osa & prestantissima ciuitas. Que respublica  
sapiētius aut melius gubernata atq; adminis  
trata v̄nq̄ fuit. Quam legimus ciuitatem  
sanctoribus v̄nq̄ institutis aut legibus v̄sam esse.  
Nec pacis modo: sed etiam belli artibus hec ip̄a ciui  
tas v̄ra valuit atq; precelluit. Semper enim glo  
rie auidi fuistis: nec maritimis tantum sed &  
terrestribus bellis sūme sapientie ac fortitudinis  
v̄re documenta preclara v̄triq; edidistis. Nec  
tam & si magna sunt ac memoratu digna: cum  
aliquibus tamen ex antiquioribus presertim  
cōmunia. Illa vero vna & sūma & v̄ra tota  
laus est in quo & om̄es orbis terrarum gentes  
& Romanos ip̄os ceteris in rebus om̄ibus po  
pulis fama superiores antestis. quod quo gēne

reip<sup>ce</sup>. quo more: quo ordine ab initio Urbis  
condite vti cepistis iam supra millesimum  
annum constantissime ac perpetuo tene vti  
pergitis: cum ceteræ omnes Italiane Civitates alii  
atq; omium reip<sup>ce</sup>. administrande modum  
& formam ob intestinas seditiones usurpavit  
Vos autem v<sup>ro</sup> summo in reip<sup>ce</sup>. consensu v<sup>ra</sup>q;  
summa diligentia a nefariis seditionibus Urbem  
v<sup>ram</sup> perpetuo tutati estis. Quæ res omnibus  
maxime admirationi ut e<sup>st</sup> debet ita profecto est. pro  
gloria vero tuenda quos labores. quos sumptus que  
discrimina subieritis: testantur multa bella a vobis  
& magno animo suscepta & feliciter confecta: quibus  
imperii v<sup>ri</sup> fines eo usq; extendistis: ut qui ante hos  
sexaginta annos nullum prope oppidum in con-  
tinenti tenebatis: nunc audita maiorum v<sup>rorum</sup>  
gloria omnem Galliam cisalpinam que a spadum.  
& obduam flumen est ditionis v<sup>re</sup> feceritis. Ab  
de rebus nominis v<sup>ri</sup> gloria in ultimas usq; terras  
& gentes penetravit. Jam vero quante sint opes  
v<sup>re</sup> cum priuate tum publice omnibus compertum  
est. Neq; enim est in omni Italia civitas opulen-  
tior queve suis sumptibus tantos exercitus alere  
ac tueri posse existimetur vobis firma & pe-  
tua sit pax ipa. ipa inquam pax efficiet & socie-  
tas atq; consensus cum Alfonso magni atq; in-  
viti animi Rege n<sup>ro</sup>. Nullus enim aut vobis

aut ipsi dijs bene iuuantibus metuendus est hostis do-  
nec in amicitia & societate permanserit. Cuius  
quidem rei tuende & conseruande non minore  
studio & voluntate vos ipsos quam Regem affici nos  
ita persuasum habemus: ut vni vel confirmandi  
vel cohortandi gratia verba facere superuacuum  
arbitremur. Nos itaque ut iam finem orationi nre  
statuamus excellenti<sup>me</sup> princeps ac viri magnifica  
hoc vobis de Alfonsi Regis nri animo atque volun-  
tate pollicemur: ut non modo que ex pacis & fede-  
ris formula ab eo prestari oporteat: verum etiam  
que ab eo amicitie iure requiri possint in vos vel  
tamquam tempus<sup>us</sup> pro vre dignitatis ac status conser-  
uatione ac decore libent<sup>er</sup> atque impigre quociens op-  
fuerit collaturus sit: proque his agendis nullum  
laborem: nullas impensas: nullum etiam vite  
periculum recusaturus. Reliqua vero Regis  
mandata que altiore colloquio videntur indige-  
re in aliud tempus differimus. De his acturi vbi  
quando & cum quibus ipsi constitueritis patet  
conscripti

**I**lluxit iam tandem felix illa & expectatissima  
dies Frederice Cesar que bonis omnibus pacem &  
tranquillitatem: tibi vero laudem & gloriam  
sit semper allatura. Ecce enim aduenisti ex-  
optatissime Auguste tuam Sacrosanctam

25  
Maiestatem hodie die coram intueri licet  
aut rectius quā dei cuiuspiam immortalis effi-  
giem venerari. Nam tecum vna quā diuinū  
sydus cōitates aduenisse creduntur salus atq̄ liber-  
tas Italie. bonorum ac constantissimoz hōium  
exaltatio: prauorum perfidozq̄ depressio. Exul-  
tent igitur gaudio Iesuq̄ optimo maximo laude  
ac gratias habeant quicumq̄ puri sunt fidelesq̄  
perstiterunt. Iniqui vero ac perpetuo contuma-  
erubescant: formident profugiant. huius enim  
dignissimi Romanorum Regis artes sunt ro-  
mane: ille quidem parcere subiectis & debellare  
superbos. Verum anteq̄ Alfonsi magnanimi  
atq̄ inuicti Regis nr̄i mandata explicemus:  
ab eo quidem ad eminentissimam Maiestatem  
tuam legati sumus: pauca admodum que par-  
tim ad laudem: partim ad dignitatem tuam  
pertinent enarrare nos pro singulari tua huma-  
nitate concedas. Ego vero a clarissimis atq̄ il-  
lustribus collegis iussus dicē obtemperabo. Ver-  
ita obtemperabo vt rationem tuarū occupatio-  
num vel imprimis ip̄o breuiloquio videas ha-  
buisse. Quod igitur a plerisq̄ oratoribus  
dictum est: nescire se vnde principium sumat  
id in presentia mihi euenire non verbis que  
admodum fortasse illis: Sed re ip̄a nimirum  
intelligo. Non solum enim quia multe sunt

tue virtutes & varie int' se vtro citroq; connexae. Vere  
etiam quia ita preclare om̄is & ita egregie sunt  
vt inter se ip̄as de excellentia concertare vide-  
antur: nec facilis sit de liberatio quenam in di-  
cendo sit anteponenda. Siue enim animi mag-  
nitudinem considero: nihil dignius videri potest  
de quo q̄ primum enarretur. Siue religionem  
ac serimorum cultum illud om̄ino censebi  
preferendum. At si iusticiam & equitatem  
contempleris: nihil tanti videri debet vt illi an-  
teponatur. Cum vero liberalitatem huma-  
nitatem: moderationem tecum pensites quam  
illarum preponere: aut quam non preponere  
debeas ignorabis. Ego tamen vnde aptissimum  
& congruentissimum putabo: inde inicium di-  
cendi faciam. A religione videlicet & cultu di-  
uino quia in re vel maxime tuam Federice sapi-  
entiam declarasti. Siquidem natura hominis  
sapientia est pietas id est dei cultus. Et enim  
antea om̄ia rerum creatorem om̄ium vnicū  
& sūmum deum xpm̄ Iesum tibi penitus colē-  
dum adorandum verendum animo proposuisti  
vt erga eum ip̄m deum a quo terrarum im-  
perium assumpsisti pro tanto munere accepto  
supplex & gratus existens & hominibus quibus  
diuina prouidentia praeesse vite beate viam  
tui Luminis exemplo monstrares. Maxime



quidem decet Reges ac Principes quique ab hominibus  
 timentur: eos ipsos vereeri ac metuere deum immorta-  
 lem. Quod qui fecerint: sentient preclarum illud  
 & memorabile Camilli dictum omnia prospera e-  
 uenisse sequentibus deos: aduersa spernentibus.  
 His tu itaque rationibus adductus in primo ipso iu-  
 uentutis flore non maris: non viarum discrimi-  
 na: non barbarorum & eorum apud quos christi nome-  
 inuisum est latrocinia atque insidias veritus. sepul-  
 chrum domini ex ultimis usque germanie partibus  
 adiisti laborum & velut glorie primicias deo  
 reddens atque sacrificans. Quid nunc ego psal-  
 mos & orationes. quid missarum sacra mysteria  
 quid ieiunia atque iudicia christiano ritu abstine-  
 tial referam. Nihil utique omittis quod boni &  
 puri christiani officium esse intelligas: quod deum tibi  
 perpetuo placeat ac propitium & fauentem reddas  
 quo omnes tibi diuinitus commissos ad veram diu-  
 gas felicitatem & sapientiam. Cuius animo mag-  
 no & excellenti predictus sis: in hoc vno ne dei  
 scilicet voluntatem offendas: miro quodam modo  
 timidus atque anxius predicaris. Denique cum na-  
 tura natus ad virtutem & pietatem videaris  
 & bonitatem nature dei quoque voluntate con-  
 firmes. ob illud etiam a peccatis atque flagitiis  
 caues ne tuos cives viciorum imitatores efficias  
 Satis enim nosti exemplo magis quam peccato

principes nocere. Inter hec tamen preclara tui ai  
ornamenta gloriosissime Cesare illud imprimis ad  
mirari licet atq; omni veneratione complecti  
quod cum tam infinita & innumerabilis multi  
tudo tum domesticarum tum externarum  
gentium sub te degat: nullus tamen adhuc in  
uentus sit qui non dico ate qui int̄ mortales ius  
ticie & equitatis gloria excellis: sed ne a proce  
ribus quidem tuis fuerit iniuriam passus aut  
de violentia conquestus. Illa quidem lex ap̄  
te prima & est & obseruatur: ne cui quis noce  
at: suum cuiq; permittatur in pace & securi  
tate possidere. Que non Cesaris sunt omnibus  
ppemodum vti frui fas ē. illudq; dictum Adriani  
preclare dictum frequent̄ vsurpat: ita te tempu<sup>m</sup>  
gesturum vt sciat Senatus populi rem ēē non  
propriam. Jam vero dicendi & loquendi liber  
tas non minus infimis q̄ sumis est vix aditus  
semper patens. audiendi patientia & lenitas  
inaudita. O senilia aurea. O Cesarem vere  
augustum vere patrem patrie. O hominem  
diuinum. O nos etiam perbeatos quibus viru  
talem intueri eiusq; suauissimis atq; huma  
nissimis moribus frui datum atq; concessum  
est. beneficentiam vero ac liberalitatem tuam  
Cesare admirari magis possumus q̄ oronem  
percurrere. Que cum incredibilis sit &

28

tanq̄ ē fonte quodam benignitatis perpetuo  
emanans: nunq̄ tamen aliis eripere visus est  
quod aliis largiāre. nunq̄ aliis nocere ut in  
alios liberalis ēē viderere. vaccat enim iniuria libe-  
ralitas tua quodq̄ tuum ē: est enim grande &  
ut terrarum domini patrimonium. id tamen  
omē in cōmunem hōiū vtilitatem erogare  
solitus es ut vere que tua sunt sint iuxta pro-  
uerbium. cōmunia omnia. Et sanē ē toto p̄sus  
imperio quod q̄ amplum & copiosum sit omēs  
intelligunt: nihil tibi retentum videmus p̄ter  
dispensandi potestatem: intelligis tamen quid  
vnicuiq̄ conueniat proq̄ dignitate distribuisti  
tibi solummodo hoc reseruans atq̄ seponens quod  
Cesaree rationi ac maiestati necessarium fore  
arbitraris. nihil omīno custodiens ad volupta-  
tem. nihil ad delicias. Et es quidem natura  
liberalis atq̄ beneficus: non ut pleriq̄ quidam  
vanitate ducti multa largientes ut videantur  
benefici cum non sint. Vix utiq̄ purus simplex  
atq̄ sincerus nihil ad ostentationem: omnia  
ad constantiam referens. Gaudes cum bene  
benigneq̄ facis: non cum fecisse laudaris. neq̄  
gratias agi tibi aut rependi admodum curas  
preterq̄ a conscientia benefactorū. Nihil de-  
niq̄ tibi arrogans: sed immortalī deo omnia  
tribuens: a quo & beneficia & bona omnia

proficisci satis pro singulari tua sapientia cognoscis.  
Retereo hoc loci singularia ac prope innumerabilia  
tue liberalitatis exempla. Quis enim hac tempo-  
ris angustia recensere satis queat quot Reges  
quot Regum filios quot proceres quot viros tum  
litteris tum armis illustres quotidie suscipias.  
susceptos exornes honestes amplifices. Mihi  
quidem videtur tuam hanc non curiam modo  
Sed etiam Academiam quandam bonarum  
artium & disciplinarum appellari posse. Vbi de  
re militari. Vbi de litteraria Vbi de virtute ac  
moribus quoquo te verteris disputates acriter  
simul & erudite circumspectas. Quo fit ut  
omnes qui aut virtute aut eruditione sibi ipsi  
confidunt: huc ad te undecumque diuertant  
ac velut olim in olimpium montem excede  
atque ostentande virtutis gratia conueniant.  
Tu vero benignissime Cesar perhumanitate omnes  
excipis: excelsis accuis foues: instruis: denique  
indonatum neminem a te abire sinis. His  
preclaris artibus Cesar mortalium gratiam  
& beniuolentiam consecutus es. his pre ardua  
& excelsa semper animo meditaris. his domu  
relinquens quamquam domus tua mundus est: non  
asperrimos labores: non infinitos sumptus: non  
pericula estimans per mediam Italiam. Vbi non  
nullos scires imperio rebelles incedis fiducia

animi letus securus inuictus. Imo vero tantum &  
 virtutis & dignitatis tue auctoritas valuit ut  
 non solum ab amicis: sed etiam ab iis ipis qui iam  
 pridem imperio male paccati sunt honorificentis-  
 sime fueris susceptus. nihil aliud ut mea fert opi-  
 nio) applausu & gratulatione confitentibus q̄ te  
 vere dominum & imperatorem eorū ee. At in  
 hec omnia animo recondens Romam ire pergis  
 ut quod aīo iam dudum magnifice conceperas  
 tandem adipiscaris: hoc est sacram vñctionem &  
 consuetas imperatoribus coronas. Sed quoniā  
 in coronarum mentionem incidimus considerēq;  
 si per te licet humanissime Cesar quibus ex cāis  
 maiores nri huiusmodi coronas excogitasse cre-  
 dantur: hoc enim viso cognitōq; liquido apparebit  
 an tu quoq; dignus meditandus sis huiusmodi  
 coronatio (ut ita dixerim) triumpho. Primū  
 vero peruulgatum ē Palearem illos decreuisse  
 coronam: quod aliquando receptum: nunc vō  
 ut pleraq; mansuetudinis officia exoleuit. Ceterū  
 maiores illi recte sanē siquidem mansuetudine  
 & humanitate non superbia & inmanitate ad  
 imperiale fastigium quā ascensuros ee existi-  
 marunt: quod palea denotatū in iustum est  
 palea quidem vel admodum abiecta atq; contēp-  
 ta est: Et imperatorem decet se hominem esse  
 existimare hoc est ex humo factum & in humū

tandem rediturum. Huic inuento perpulchre  
consonare videtur Romanoꝝ institutum qui  
triumphanti Consuli vel abiectissime conditionis  
seruum associare in eodem curru & coronam  
substantem & equa fortuna triumphante  
Preterea ut qui mansuete & humanit̃ atq; benignē  
cum hominibus agit is vehement̃ ab om̃ibꝫ  
amatur & in om̃ium animos tanq̃ influere  
videtur: Ita ex diuerso qui insolent̃ & crude  
liter sese habet: odium sibi om̃ium generat  
& metum malum ut ait Cicero diuturnita  
tis custodem. Secundo loco coronam ferre  
am excogitauerunt ea ratione (ut arbitror) ut  
fortitudinem animi imperaturus assūmet  
Nam comparata sibi prius quomodo dic  
tum est ciuū & subditorum gratia intre  
pidum constantem: inuidtum sese prestare  
imperatorem oportet contra pericula ac va  
rios fortune casus: presertim pro gloria tu  
enda ac subditoꝝ salute & conseruatione  
societatis humane sibi cōmisit. Imperio qd̃  
indignus habebitur qui vim atq; iniurias  
aut sibi aut prouincialibus illatas nō magno  
ac presenti animo propulsauerit. Tercio lo  
co argenteam coronam assignauerunt: ut  
animaduertat is qui demum imperator  
sit constituendus argenti nitorem atq;

20

candorem pre se ferre oportere: hoc est sine labe  
atq; spurcicia sed animum purum & tersum ex-  
hibere necesse eē. Postremo autem loco auream  
statuerunt. hec antiquitus ut ait Gellius e lau-  
ro erat: post fieri ex auro cepta. ut intelligatis  
qui auro demum coronandus est se perfectam  
ac splendidissimam laudem assecutum. Nam  
qui mansuetudine & humanitate primo morta-  
lium beniuolentiam: deinde beniuolentia impe-  
rium adipiscitur quod postea animi magnitu-  
dine puritate atq; iusticia conseruet: is omnium  
iudicio ut splendidissimum atq; perfectissimū  
vite exemplum ad posteros relicturus est: ita  
immortalitate ac luce perpetua dignus existi-  
mabitur. Num tu igitur his coronis perdig-  
nus censeberis Cesar inuide: qui vel mansuetu-  
dine vel animi magnitudine vel iusticia nemi-  
ni cesseris. Imo vero que summi Imperatoris  
ornamenta sunt ita in te lucent omnia: ut nō  
Cesar modo: sed Cesarum decus iure ac merito  
possis appellari. Quid enim a te abest impe-  
ratoriarum (ut ita dixerim) virtutum?  
Aut quid non est potius insignit? Queris  
clementiam: at tui animi placabilitas ipam  
illam C. cesaris que singularis exempli & ad-  
mirabilis memoria extat apud homines. ipam  
inquam illam prouocare potest & vincere

Cupis fidem: ac tuus dictis conuentisque nihil firmius  
nihil verius: nihil religiosius inueniri potest uero  
ipm quidem olim apud gentiles aut Sibille  
folium: aut Apollinis oraculum. Laudas  
prudentiam? At quid tua prospicientia non  
videt? quid tua solertia non agnoscit? quid denique  
tua industria non allequitur? quod ulli vspici  
cognitum aut perspectum erit. Non e autem  
ullo pacto p̄termittenda temperantia tua. Cesar  
Est enim non modo inter virtutes pulcherrima  
sed virtutum omium singulare decus atq; orna  
mentum: ita vt si hec vna desit: ceterae virtutes  
imperfecte existimentur. Nam prudentia &  
fortitudo atq; harum similes interdum etiam  
eorum sunt qui non satis probantur: tempera  
tia vero proborum est & clarorum hominum  
solum. Ille sepe numero impetus animi concitat  
nec sinunt obedire rationi: hec concitatos sedat  
compescitq; & ratione moderatur. que quidem  
virtus tanta in te vno est: quanta in iis impe  
ratoribus de quibus legimus aut accepimus  
non fuit. Quem enim tibi continentia compa  
rabimus? Cepisti uxorem genere nobilissima  
moribus excellentissimam forma vero presta  
tissima: cumq; ea Senas ad te nuper venisset  
e paterno Regno: quoniam dies sacri & obser  
uandi erant: eam non vt uxorem: sed vt



21

sororem suscepisti: religionem matrimonio: castitate  
Voluptati anteponeas. Alii ab alienis vxoribus vix  
se continere possunt: tu a tua tibi concessa & ea qdē  
formosissima te continuisti. Docuisti hoc exemplo  
inferiores qualiter sese habere & continere circa coniu-  
gia debeant & diuinum potius cultus q̄ humani-  
uris habendam esse rationem. Nec illud est silen-  
tio pretereundum q̄ sis vini parcissimus q̄q̄ in cibo  
moderatissimus: neq̄ enim ea parua laus est Regi  
presertim & imperatoris. Legimus Alexandrum  
(ne plures memorem) propter vini intemperantia  
non parum gloriam suam obscurasse: quandoq̄ de  
per temulentiam Clitum sibi carissimum occiderit  
Namq̄ vt sobrietas principem ad caritatis studi-  
um excitat. Sic ebrietas ad crudelitatem prouocat  
nullumq̄ scelus aut flagicium ē ad quod temulen-  
tia principem non impellat aut rapiat. In sermo-  
ne vero q̄ modestus sis q̄ grauis: q̄q̄ in iis suscipi-  
endis qui te aduentū cōmunis & humanus: facile  
ōmni staliē perspectum ē. Siquidem tanta ergo  
ōmes mansuetudine vteris: vt te interdū tue  
dignitatis atq̄ auctoritatis obliuio cepisse vide-  
atur. Q̄ vero aduatores scurras & huiusmo-  
di lenitatem aspernas atq̄ oderis ipi perspexerūt  
O dignum sumo imperio principem. hoc quidem  
est imperatorem esse superbiam fastidium: arro-  
gantiam effugere: assentationē procul amouere

grauem eē. Ad te quod nec tibi quoq; deest in con-  
siliis suscipiendis constantia: virtutum haud me-  
diocre continentium sine qua nihil in homine  
potest eē laudabile. He te profecto virtutes Cesar  
inuiete angusto illi omium principum felicissimo  
he te Tito omium gratissimo. he te Antonio pio  
omium humanissimo parem effecerunt. per has  
maxime virtutes ab omnibus laudaris extolleris  
diligereis predicaris. Maxime enim comouet  
amor multitudinis ipa fama & opinione man-  
suetudinis atq; constantie: que si in priuato vel  
mediocri viro laudabiles plurimum atq; admira-  
biles sunt: quantomagis in eo principe qui inter  
principes dignitatis principatum optinet. Sed  
iam plura consulto pretereo ne modum mea ex-  
cedat oratio: Simul ne incliti Regis nri manda-  
ta vltius differamus: que si tue quoq; pruden-  
tie visum fuerit melius ac cautiul seorsum q̄ pala-  
enarrabuntur. Vale & triumpha

Hactenus Alfonsi Regis epistole & legatio-  
nes. Posthac Ferdinandi item epte. & le-  
gationes per Antoniū panhormitam

**M**agnum & graue onus hodierno die nobis iniūc-  
tum intelleximus Francisce ducum p̄stantissime

72

q̄ a Ferdinando Rege ad te missi ut gratias pro  
beneficio agamus: neq; pro magnitudine beneficii  
gratias digne agere possumus: neq; si possumus: tu  
gratias tibi agi aut referri desideres. eo quidem  
animo te esse nobis compertum est ut des utiq; sine  
spe recipiendi: neq; enim beneficium fenevas ut  
pleriq; sed benefactorum modo conscientia letum  
delectet teq; quidem benefacere non videri benefe-  
cisse. In hoc dandi preclaro beneficio Alexandrum  
illum tuum macedonum Regem imitatum  
qui non dantibus sed recipientibus gratias agere  
consueverit. Dignus profecto ille qui a nullo se be-  
nificiis victum gloriatur: quippe singularis mu-  
nificentie & liberalitatis exemplum Regibus  
& principibus omnibus preponatur. Ceterum nos  
tametsi tibi q̄ plenissime gratiam reddere per-  
cupimus: quid per immortalem deum tibi pre-  
stare possumus: quod non beneficio tuo minus  
sit. Que verborum: que ingenij facultas adiu-  
uare nos potest ut tua saltem enumerando pro-  
merita: gratus esse Ferdinandus videatur. Ex-  
primum enim post mortem gloriosissimi pa-  
tris accepisti Ferdinandum a Calisto Pontifice  
per calumniam contumeliam iniuriam impetu  
ac vexari: non quidem expectasti ut ab amico  
rogare: Sed ultro opinioneq; celerius ad Pon-  
tificem oratores te misisse palam est: illumq;

admonuisse orasse uti ab incepto quod contra Fer-  
dinandum atq; eius regnum pararet discederet  
alioquin te Regi amico & necessario in causa pre-  
sertim iniusta minime defuturum: vimq; & iniu-  
riam omnem pro viribus propulsaturum: Quo  
nuncio quod mirere Pontificem stupore ac mi-  
raculo (preter spem quidem ceciderat obtorpu-  
isse: morboq; correptum paucis post diebus e vita  
migrasse. Herculem tradunt cum hispano  
homine in iniuria a Gerione affici intelliget  
e Grecia statim aduolasse: monstrumq; illud  
hominis interemisse: proindeq; peccata reuer-  
tisse: quo facto immortalis laude ab omni gente  
ac populis usq; ad xpi domini tempora cele-  
bratum ee. Quia te igitur laude: quo te  
preconio satis prosequemur. qui non perrec-  
tando ac peragrando sicut ille sed sedendo: no-  
clava: sed verbo & auctoritate monstrum si-  
mile quidem hispani sed longe inhumanius  
atq; crudelius e medio substulisti. Reliquit  
nimirum ille beneficio Hispaniam pacifica-  
tam. tu vero Italiam Europe atq; adeo orbis  
terrarum decus belli metu ac formidine li-  
berasti. Fedus inter Italicos olim initum sin-  
gulari virtute fide constantia stabilisti.  
Pontificum & eorum quidem optimorum conces-  
siones Alfonsi sapientissimi Regis voluntate

totius deniq; Italiae concessionem ac desiderium confirmasti. Merito itaq; Ferdinandus maiores tibi gratias se habere predicat q̄ Alfonso patri. Quippe filio pater Regnum dimisit quod tu ab hiantibus Lupi faucibus ereptum restituisisti. Quid ego hic comemorem? quas per idem tempus litteras? quos nuncios? quales oratores? ut omittam reliquam Italiam ad uniuersos Regni Neapolitani proceres: Regulos: & barones dimiseris? hortando ac monendo stantes ut in fide prestarent. Lapsum ut in gratiam Regis te erigente atq; adiuuante redderent. Quas tibi gratias habere atq; habiturum putas Regnum ipm Neapolitanum? quas tibi oppida? quas agri? quas bruta ipa animalia? quas sensu carentia? que scilicet aruina ab incendiis: a cede: a vastitate: acunctis deniq; belli periculis tua opera liberaasti. Declarasti planeq; effecisti verum & sanctum ee illud Lycurgi dictum. Solos sapientes fortes ee. Sapientia tui quidem & officio opulentissimum Neapolitanum Regnum: amplissimum Regem Regisq; progeniem tibi in perpetuum vindicasti. Tu q̄de ille qui pucherrimam Italiae regionem Gallia cisalpinam armis olim imperio & ditioni tue adiecisti. Fortissimorum ducum ferociam contudisti. potentissimoz deniq; populorum audaciam compressisti. Jam vero dum hec

de te loquimur Verecundiam & modestiam tuam  
quidem videmur offendere: Non enim laudem  
ex benefactis & virtutibus concupiscis: sed tantum  
benefaciendi opere contentus deos imitaris qui (ut  
ait Seneca) quodcumque illi faciunt in eo nihil propter  
ipsum faciendi rationem sequuntur. Verum  
nobis Cato potius audiendus qui ait benefacta  
Laudibus ne a gloria decidant celebrari oportet  
Crede mihi Franciscæ Italiae decus huiusmodi  
animus laude afficiendus est. gloria alendus:  
immortalitate donandus: excitandi nostri seculi  
poete. Vocandi oratores. Ut res a te preclarissime  
gestas & virtutes animi prope diuinae litteris  
atque immortalitati commendent. Quod tu  
licet haud magnifacere videare: non negliget  
Italia laudem suam: non conticescent benefi-  
cia qui grati esse & haberi volunt: in quibus  
vel precipue sese offeret Ferdinandus Rex mor-  
taliū omnium quos nostra etas tulerit gratissimus  
Nam & si tibi nihil potius est quam beneficiorum que  
prestiteris obliuisci: illa tamen meritorum  
tuorum pertinax memoria in eternum extat  
& extabit. Ac licet tibi gratiam referri non  
cures imo respicias omnino: illi tamen gratitu-  
dinis locus quis nobis adinuenietur videlicet  
apud omnes gentes apud omnes nationes &  
terras iactando: scribendo: efferendo tua

erga se diuicia & immortalia beneficia . Et profecto  
 adhuc nemo inuentus est qui libentius beneficiu  
 debeat : qui studiosius occasiones reddendorum  
 obseruet : qui promptius deniq; si modo recipit  
 beneficium reddat . Vix enim uero ne quis in  
 terim nos tardius ad te missos coarguat : ut  
 beneficium quodammodo in memores : hoc ipm  
 intelligat a prudentissimo Rege no teme sed ra  
 tione prouisum . Noluit se primo quoq; tempore  
 liberare & beneficio dissolue . quod qui faciunt  
 ingrati animi signum exhibere existimatur  
 Noluit nimia festinatione uideri obligatione  
 tuam grauate ferre . Imo uero cum in dandis  
 aut remunerandis beneficiis nemini cedat :  
 ate uno in hoc pulcherrimo certamine uinci glo  
 riatur . nec tibi solum omnia se debere : sed in  
 perpetuum se debere profitetur : ut quam  
 tu promerendo gloriam consequeris : ille  
 debendo saltem mereatur . Vale & triupha

**H**is proxime diebus merore confusus : litteras  
 de obitu gloriosissimi patris Sancti . V. dedi  
 illas quidem breues ex mediis lachrimis pro  
 uenientes . Nunc aliquanto ad nos reuerli  
 fletu paulisper omisso eidem . S<sup>r</sup> significam  
 q; pridie q; excessit e vita tibi in mandatis de  
 dit : uti imprimis gratiam & existimatioem

vram & Sancte matris ecclie magnificarem eideq;  
obediens eem & obseruantissimus filius. Nec  
cum etiam ullomodo contenderem: iis enim  
semper qui illi obisterent male cessisse. Ego pat<sup>r</sup>  
beati<sup>me</sup>. preter q<sup>uod</sup> ex iussu paterno & auctoritate  
vra id facere debeo: illud etiam ad hoc me hor-  
tatur q<sup>od</sup> non sum in memor vos a mea puericia  
mibi ducem celitus datum fuisse: & ex hispana,  
vna soluisse: & fato id est dei voluntate datum  
esse vt eadem nauis in Italiam deueheret: &  
vos Papam futurum & me Regem. Itaq; ex  
optimi patris precepto dei immortalis sententia  
S<sup>ti</sup>. v. deditus sum ac ee vsq; ad postremos cine-  
res volo. Quare. S<sup>ti</sup>. v. suppliciter oro vti me  
vicisim in filium accipiat: Imo iam pridem  
acceptum confirmet ac teneat. Ego vero post-  
hac faciam vt a me quoq; maiorem obedi-  
entiam requiratis: neq; deuotiam ppeniorem  
Primo Julii. M. cccc. Lviij. Neapoli.

**E**x litteris ad Sanctissimum dominum nrm  
quas hisce alligatas mittimus vos scio patre  
dilectissimum optimi patris mei obitum  
intellexisse. Quodere nihil dubito vos  
pro mutua beniuolentia vna omnes vehementer  
indoluisse & preces ad deum immortalem  
pro eius requie porrexisse. Vnice enim in



sacrosanctum Collegium affectum esse novatis  
 Ego autem ut de me nunc qui superest sum in  
 telligatis eadem affectione ac studio vos p[er]secu  
 turus sum. & quoad viam p[er]petuo culturus.  
 Quare vos a prime vogo uti me filii loco suscipi  
 atis quo uti pro v[est]ris honoribus & utilitate  
 possitis arbitrati v[est]ro. Postremo vos oro uti  
 me Sanctissimo domino n[ost]ro etiam atq[ue] etia  
 deditum faciatis & ut me pro filio & quide[m]  
 observantissimo utatur perficitote. Valet  
 Primo Julii. M. cccc. Lxviii.

Litteras humanitatis & officii plenas a Re  
 uerentia tua nuper accepi: quibus gloriosis  
 simi genitoris mei obitum defles. Facis tu  
 quidem pie simul & grate. Nam cum cetos  
 pene omnes n[ost]ri temporis viros ingenio &  
 doctrina insignes coleret ac fouet: te vel im  
 primis etiam observabat. Te quidem oran  
 tem ac de rebus arduis consultantem sepe  
 illum vidimus attentissime audientem pro  
 bantemq[ue]. Atq[ue] adeo in illius gratiam deue  
 neras: ut vix absentis tui desyderium fer  
 ret. Merito igitur defles tali amico orba  
 tus qualem tibi neq[ue] sapientia neq[ue] benivo  
 lentia: neq[ue] dignitate: neq[ue] constantia simi  
 lem posthac inuenturus sis. Ego quoq[ue] ferre

sum si tali patre priuatus non perpetuo doleam & af-  
fligter. Is me quidem ad postremum vsq; anhelitu  
perseuerant dilexit. Is mihi regni huius amplis-  
sima gubernacula reliquit. Is itaq; singulari prude-  
tia rem composuit vt vno omnium procerum ac  
cuiuslibet consensu Regnum protinus consecut-  
um ne petra quidem vna (vt aiunt) deficiente  
coletur. Itaq; ac pro numine quodammodo ame-  
celebrabitur memoria eius. Omne meum deniq;  
studium: omnis opera: circa illius anime regem  
versabitur: simul & nominis gloriam sempiter-  
nam. Vnicum vero in tanto animi dolore mihi  
solamen inuentum est: q; reuerentie tue com-  
une ee vehementer volo: admirabilis videlicet eius  
finis. Mira dei cognitio deuotio: cordis contri-  
tio: spontanea sacramentorum omnium susceptio  
creditorum satisfactio: virginum cura: cap-  
tiuorum relaxatio: templorum edificatio: vt  
qui in mundo vt pote Rex maximus implicito  
cet mirum ac ppe dei donum fuerit tam subi-  
to deletis ex animo rebus secularibus & reg-  
nis solum in deum contemplaretur: crederet  
speraret: incenderetur. Non derelinquit dei  
benignitas in fine religiosissimum Regem  
qui missarum sacra mysteria: qui indicta iei-  
unia: qui psalmos & orationes nunq; omisisset  
Imo nec intermisisset in vita. Quod postremo

Reuerentia tua sapientissime monet ut cu sumo Pontifice & sancta Romana ecclia gratiam ineam id me iam & littis & nunciis testasse scias: nec p me certe vng statuum quominus & Pontificis & ecclie filius sim obseruantissimus atq obedi-  
tissimus. Utinam illi par animus sedeat erga me & propositum simile. Litteras ad illum meas puto te legisse ac leto animo accepisse ppositum meum ad quod nunc me hortaris & curretem excitas. Erit nihilominus officii ac pietati tue me etiam atq etiam eius beatitudini comisum facere & ut me in filium & quidem humilimum suscipiat hortari. Ego te quidem ita amaturus sum: ut intelligas me non solum Regni: sed amicitiaz etiam a patre hereditatem recepisse. Vale

**P**ost gloriosissimi patris nri obitum statim Sacro vro collegio litteras dedimus quibus xpianissimi Regis exitum & in deum miram cognitionem ac deuotionem vobis significabamus simul & illius voluntatem & mihi preceptum erga vos & eccliam sanctam atq Pontificem. Eas litteras quoniam vobis redditas no fuisse coniectamus: illarum sententia breuit repe-  
tenda est. Omisso itaq fortissimo atq piissimo patris exitu: vobis cognitum ac compertum

esse cupio patres Reuerendissimi me tum patris  
iussu: tum mea natura que ad preclarorum hominum  
obseruantiam prona est vobis vrorum sacrosancto  
collegio deditum atque dicatum esse filium & quod  
obedientissimum vre dignationis esse vehementer  
volo nihil recusans quod vro honori aut glorie  
cessurum videatur. contra & vos oratos veli  
ut patri caritate & affectione me complectami  
ni amori amore respondentel: nullo pacto a tam  
honestissimo officio cedentel. In quo vinci ni  
mirum laudabile non est. Sed quod a vrm  
benignitate ardentius cupio: id est ut. S. domi  
ni nostri me gratum acceptumque faciatis. par  
quidem & conueniens videtur ut quem colo  
ac veneror: is beniuolentie & amoris vicem  
reddat. Vosque etiam ut nobis illum beniuolum  
reddatis ac quodammodo beniuolentiam exigatis  
Quod cum fecisse vos sensero ingenti me gau  
dio affecisse & illi & sancte Romane ecclesie filium  
constantissimum comparasse certo sciatis. Aue  
tote.

Jam vobis innotuisse non dubitamus optimi  
ac Serenissimi patris mei Alfonsi demigra  
tionem: quam a me prius (ut par fuerat) vo  
bis significari Lachryme prohibuerunt. nunc  
vero intermisso aliquantulum dolore vobis

27

non modo patris obitum. sed & quod de vobis in  
ipso obitu admonuit atque mandauit intimamus  
videlicet ut vobiscum inita federa inuiolabiliter  
seruaremus vosque tota beniuolentia & amicitia  
complecteremur. Quod nos utique facturi sumus  
& paterno iussu & quod nos in vram rempu. vrosque  
ciues natura quodammodo affecti sumus. Ex  
diuerso vos petimus & rogamus ut pari gratia  
& nos excipiatis ut posthac inter nos officiorum  
ac beneficiorum concertatio sit. Per me certe non  
steterit quominus & federa & amicitiam ad vl-  
timum usque spiritum seruem atque contineam.  
Plura non adiuicimus: ne videamur vbi factum est  
opus mexis verbis velle contendere. Vale

**O**ptimi & christianissimi patris mei mortem vobis  
cognitam esse minime dubitamus. Quam rem  
nos hactenus vobis vresque reipublice significare  
distulimus merore & lachrimis prepediti. Nunc  
vero aliquantulum reconualescentes: vobis &  
illius obitum renunciamus: & quod in obitu  
ipso de vobis meminere: videlicet uti vram ami-  
ciciam seruaremus ac federa que inter nos sunt  
cum reliqua stalia custodiremus. Quod nos  
utique inuiolabiliter facturi sumus & paterno  
numine admoniti & natura que nobis ad pacem

& tranquillitatem est pronior. Hoc cum ita sit  
vos rogamus & petimus ut pari animo ac studio  
nos prosequamini: pro dragma benivolentiae  
centuplum accepturi. Valete

**E**t si pro nostra consanguinitate ac mutua & singu-  
lari benivolentia prolixius scribere & accuratius  
vobiscum gloriosissimi patris obitum condolere  
deberemus: tamen id lacrimis & inveni nro  
pro vna humanitate concedetis ut paucis imp-  
sentia agamus: paucisque renunciemus eius in-  
ultimo pene spiritu de vobis deque vna affini-  
tate recordationem. Moriens itaque id nobis  
precipue imposuit ut vobiscum in vitam iam  
affinitatem constantissime seruaremus vosque  
& fratris loco perpetuo haberemus. hec ille  
moriens. Ego itaque & grauissimi patris iussu  
& ex federibus quibus adinuicem obligamur  
denique & maxime ex consanguinitate que vo-  
biscum est: vos fratris & quidem precarissimi  
loco semper habiturus sum: & coniunctionem  
inter nos semel in vitam perpetuo seruaturus.  
Hoc cum ita sit vos itez atque itez rogo ut me  
mutuo redametis ac fratris loco suscipiatis:  
affinitatem nostram constantissime seruantes.  
Nos quoque operam dabimus ne posthac aut amo-  
re: aut officio vincamur. Pauca hec ex mediis

Lachrimis. Vale.

13

**E**t te quoque Cosma grauissime de obitu gloriosissimi patris nostri certiozem citius fecissem: si mesticia aut lachryme permisissent. Nunc vero respirans aliquantulum a dolore tibi illum & religiosissimi viri mortem obiisse significamus & ciuium tuorum tueque imprimis reipublice memorem abiisse: quemadmodum ex litteris ad Senatum meum videre in promptu erit. Ego vero qui post regni gubernacula suscepi: & quidem vno omnium populorum procerumque consensu: te pro tua egregia virtute amaturus sum: nec minus pro ea familiaritate quam cum preclarissimo atque amantissimo fratre nostro Francisco Mediolanensi Duce constantissime seruas. Proinde te peto & rogo ut me posthac ex animo ames: nec in amore a me vinci patiare. Ego etenim super te licet perseuerantissime tuus ero. Vale.

**P**roxime litteras humanitati tue dedimus quibus optimi patris obitum significabamus simul & voluntatem ac propositum nostrum erga te & Senatum tuum. Nunc quoniam neque a te adhuc neque a Senatu responsum accepimus iterum repetimus: nos tibi Cosma grauissime deditum esse cum propter eximias virtutes tuas: tum quia

incho Mediolanensium Duci Francisco consanguineo nro suauissimo antiqua beniuolentia deuinctus es. Pulsaberis scio ab inimicis nostris vndequaqz. fortem constantem & amicum geras erga nos animum: quod semper in bono & iustos facere consuesti. Nunq̄ profecto amicum firmiorem inuenies: nunq̄ liberaliore quod alii verbis recepturi sunt: nos re ipa p̄stabitimus. Senatui nos gratos efficias: & si tua opera grati iam sumus: facias indies gratiores. acceptioresqz. Neqz tua: neqz Senatus opa apud nos peritura est. Vale. nam cetera litteris nris ad Senatum leges. In agro campano. XXI. Iulii. M. cccc. LVII.

**A**ccipimus litteras vras quibus optimi atqz amicissimi Regis mortem haud quidem iniuria condoletis. Siquidem vre libertatis vreqz tranquillitatis & amator: & quantum in se extitit conseruator extitit. Quod nos & paterna quodammodo hereditate & natura que nos ad amandum Senenses trahit perpetuo seruaturi sumus. Libertas vra tam nobis cara erit q̄ patri fuit & q̄ ee debeat bono ciui. Vos mutuo amantem diligite. passionel aliquoz paruitacite: iusticiam colite. Nos quidem nulli iniuria



28  
illaturi sumus: Sed illatam deo bene iuuante  
facile propulsaturi. Verum hec aliis ad vos  
littis planius & prolixius. Vos valete: & oppi-  
da que vris confinia tenemus vobis interim  
comissa sunt.

**I**nter cetera que gloriose memorie pater meus  
moriens grauius nobis iniunxit atq; mada-  
uit vel precipue fuit quemadmodum ipse omni  
studio ac diligentia custodierat federa ac pa-  
cem Italie celebrata: Sic nos eadem illa ad  
que etiam obligamur inuolabiliter seruari  
etiam ut cum Sanctissimo domino nostro  
Papa & Sancta Romana ecclesia (ut Christia-  
num hominem decet) paccate & obedienter uiue-  
remus: Quod ipse non modo ingentibus  
sumptibus: sed nec statui nec vite parcens  
magno cum ecclesie augmento sepe olim in vita  
fecerat. Quibus nos mandatis velut  
diuino cuiusdam oraculo parere studentes  
statim litteras humanitatis plenas: mox  
oratores ad Pontificem misimus scilicet q.  
obedientiam: qui reuerentiam: qui recogni-  
tionem ad quam tenemur offerret. At  
illum non solum oblationes omnes spreuisse  
sed opprobriosis verbis in me vltimum primo  
& multis grauib; viris Roma ad nos

quotidie aduenientibus: deinde ab ipso nostro oratore  
quod uehementi stupuimus accepimus. Liqueet  
igitur Dux inclite longe illum a nobis alienum  
animum gerere. Nos quidem prompti sumus  
ad benedictionem petendam: ille ad maledictio-  
nem dandam. Nos ad pacem Italiae seruanda  
ille ad bellum excitandum. Nos ad obedi-  
entiam parati. ille ad conitum & ecclesiasticas cen-  
suras. Satis itaque aperte illum comprehendit  
Regnum hoc nostrum affectare: quod dei benigni-  
tate & patris nostri providentia sine ulla pro-  
tinus discordia relictum est nobis: armis vi-  
risque opulentissimum: facile enim nobis erit  
iniuriam propulsare: ad quod tamen non nisi  
inuiti accedimus: & cum ipsi deo & hominibus  
notum fuerit nos prouocatos atque iniuria  
affectos profluisse. Jam notum est omnibus  
illum in Valuis ecclesie excommunicatos aut  
rectius passiones suas affixisse: principes si-  
qui in hoc Regno ius pretendere aduocasse  
Popularibus nostris damnationem minitari  
vniuersum Regnum exagitare. Quid  
nobis expectandum est nisi ut benignitas  
dei nobis patientiam: & Pontifici facti peni-  
tentiam prestat. Quod si pro peccatis nostris  
minus succedat: Nunc duo ab excellentia  
vra petimus. Primum ut si vobis quoque

40  
videbitur apud eius beatitudinem intcedati  
illum nobis reconciliatis & ad paternū affectū  
ac xpi mansuetudinem reducat. Sin ne  
auctoritas quidem v̄ra iuuerit: tamen deū  
requirimus: federa ad pacem italie facta  
per nos nobiscum vltro citroq; seruari: ac  
contra pacis ac fedez violatorem auxilium  
preberi. Vale.

**P**articulam litterarum Sanctissimi domini n̄ri.  
Pape: magna cum admiratione legi: nec mihi  
satis persuadere possum v̄m consilio illius de  
cretum factum ē. Quippe vos probe noui  
pacis & tranquillitatis amatores ēē & prudē  
tia peditos vt credatis Regnum strenuo vi  
ro sine vita amitti non licere. Regnū mihi  
consensu om̄ium pacifice possideo. Sancte ma  
tris ecclie filius sum & ēē volo sanē obseruan  
tissimus. Nam in quo debeo recognoscē para  
tus sum. Quid me igitur placide huic ge  
ti indormientem excitare conamini. An  
iustam dei sententiam ignoratis. Qui  
alios iniuste ab eorum sedibus expellere conā  
tur: plerunq; pelluntur suis. Erit: & vt sit  
oro potiū officium humanitatis v̄re mihi  
Pontificem reconciliare: pacem suadere: pacē  
amplecti: & si bellum agitandum ē: in turcho

potius q̄ in xpianol agitandum ee.

**E**go dei gratia: patris beneficio concessione Ponti-  
ficum procerum: populariumq; consensu Sicilie  
Rex sum: tam profecto iusto titulo Rex: q̄ tua  
S<sup>tas</sup>. Papa. Iura mea cum fuerit opus exhibe-  
buntur apud tribunal non suspectum: Interi.  
expedientur ut neq; iuribus neq; armis regno  
cessurus sim. Vale.

**E**go dei gratia patris beneficio: concessione Ponti-  
ficum procerum populariumq; consensu Sici-  
lie Rex sum: Ita profecto iusto titulo Rex ut  
nemo sibi iustiorum titulum desyderet. Iura  
mea tuo quidem a<sup>o</sup> optima cum fuerit opus  
exhibebuntur. Aderit deus iustus iudex  
qui me neq; iuribus: neq; armis succubere  
permittat. Vale.

**C**um multa v<sup>re</sup> prudentie & grauitatis do-  
cumenta extant patres. Reueren<sup>m</sup>. quod pro-  
xime de Pontifice eligendo exemplum edide-  
ritis vel maxime memorabile nobis videt.  
Virum quidem ad sumam dignitate elegisti  
qui ingenii atq; animi ornamentis ceteris n<sup>re</sup>  
etatis hominibus antiret. Nam quis vita  
innocentior. quis moribus elegantior. q̄s

41

virtute constantior. quis denique iustior. huma-  
nior. sanctior. Enea nro. & nunc pio. ut de  
de hoc viro diuini poete oraculum fuerit. Sum-  
pius Eneas fama super ethera notus. Nos  
quidem illum probe nouimus dum in Curia  
sapientissimi patris nri diuersaretur. Federici  
Cesaris legatus: in concionibus disertissimum  
in consiliis sapientissimum: in omni denique vita  
continentissimum habitum. tum a patre nro  
optimum iudicatum & dilectum vnice. Sane  
itaque vre sapientie pondus declarastis patres  
grauissimi: dum huiuscemodi virum cogno-  
uistis: cognitum probastis. probatum miro  
consensu in eminentissimam sedem collocastis  
vnde ad vos velut a sole virtutum radii de-  
uenturi sint. hinc exempla mansuetudinis  
hinc sanctimonie & puritatis: hinc clementie  
& pietatis ad vos ceterosque xpianos affatim  
emanabunt. Erit etiam lapsis subleuatio: erra-  
tibus emendatio. dissolutis correctio. Erit  
iustis solamen & spes: erit impiis & macu-  
latis terror & querelatio. Non quidem ex  
Loculis votum depromet in turchos: Sed ex  
medio corde & dei prouidentia patrimoniū  
petri non in propinquos & nepotes eroga-  
bitur: non voluptatibus seruiet: sed paupe-  
ribus xpi: sed ecclis restaurandis: aut

cultui diuino. Gaudeant igitur: psallant ac  
sperent xpiani omnes. Lugeant: timeant: des-  
perent: turchorum gentes omnium pessime.  
nata illis quidem calamitas est ac certissima  
euerfio: sicuti xpianis iubar exortum est  
salutis & sempiternae spei. Valete.

**S**i quis ex tua sublimi dignitate gauisurus  
est beatissime pater: ego imprimis & gaudeo  
& triumpho. nam virtus & Sanctitas tua mihi  
satis abunde cognita est: & quid per hec tempora  
indiget ecclia xpianorum: nullus est qui ignoret  
Preterea tecum mihi paterna & mea ipsius amicitia  
est: quam pro tua virtute atq; constantia eo per-  
seuerantius seruaturus es: quo sis euectus subli-  
mis. Animo quidem non fortuna niteris ad  
gloriam: & amicos non ex opibus iudicas: sed  
ex moribus & gratia. Merito igitur gaudeo  
& exulto ac reip<sup>a</sup>. xpianoz gratulor: quippe  
que talem ducem & pastorem sortita non est qui post  
hac turchorum minas vereatur. sed cura & tra-  
quillam vitam tranfigat pastoris probitate  
& sapientia confisa.

**Q**uod me paterna affectione semper habuerit  
atq; habitura sit Sancti<sup>us</sup>. v. re ipsa quotidie expe-  
rior & quidem beneficiis in mortalibus. Qua

42  
ex re. S<sup>a</sup>. V. parem gratiam referre contendere  
nisi eo animo illam esse plane scirem. Ut malit semp  
benefacere q̄ benefactorum sibi gratiam rependi  
rata beneficiorum maximum fructum esse  
benefecisse. Vnice igitur Pater beati<sup>me</sup>. Vtq̄ cetos  
dignitate Principes anteis: sic virtute & muni  
ficencia princeps esto. Nam quod a me petis  
pater beati<sup>me</sup>. tuus sit (ut Poeta inquit) explorare  
labor: mihi iussa capessere fas est. Quidquid  
de restituendis ecclie oppidis admonetis: fac  
tum puta: idq̄ impresentia magno studio &  
diligentia procuro. Ganoranum item reddi  
Ioanni mala uolte q̄ primum iubeo: eumq̄ & fu  
turum nobis beniuolum. Credimus v̄re S<sup>a</sup>.  
atq̄ hominis moribus. Theanensem Ep̄atum  
vobiscum iuxta laudo probosq̄. Ex me nō in  
credibili gaudio affecerunt v̄re Sancti. hoc est  
q̄ Reuerendissimum ac nobis amicissimum  
Latinum Cardinalem ad nos Legatum ingēti  
patrum consensu designaueritis nos de more  
rituq̄ Regno inuestiturum: Cuius aduentū  
quod felix faustumq̄ sit magno desyderio in  
dies expectamus. Reliqua fient vt. V. S<sup>as</sup>. mo  
nuerit iusseritq̄. Eam nobis diuicissime conser  
uet Altissimus. In agro antviesi. xxiii. Noueb.

**E**x omnibus optatis que aliquando in vita conce

perim: hoc mihi fortunatissimum accidisse in-  
telligo: deoq; gratias habeo q; Vra Reuentia ad  
me Regno inuestiendum electa & designata  
extiterit. Nam & Vram erga me fidem &  
beniuolentiam agnosco: & mei honestandi atq;  
exornandi perpetuum desyderium. Quod  
vero ad meum officium attinet: re aliquando  
intelliget Vra Reuentia. Nam verbis refer-  
re gratiam haud quaq; decet Regiam digni-  
tatem. Nolq; hi sumus qui beneficiis non sin-  
gul. Quocirca igitur potes maturo & beni-  
expectatissime mi Latine. Vale.

**S**anditatis Vre litteras accepimus quibus no-  
maxime ad paternam clementiam hortaba-  
mur presertim super generosam feminam Gra-  
ecum Marchionissam quam eadem S. putat  
contumelia affectam carcere detineri. Ego  
vero pater beati. enixe conor cum reliquas  
patris virtutes: tum precipue clementiam  
imitari haud ignarus hanc virtutem Regi-  
e propriam & peculiarem. Quod vero Sancti.  
Vra arbitretur opera mea fortassis femella  
vexari carce macerari: indement haberi: a-  
uertat a me deus tam crudelis facinoris sus-  
picionem. femina quidem hec non vinculis  
coniecta extitit. Ut falsus rumor ad vos.



40  
detulit: Sed ut honestati sue & filiarum suarum  
consuleretur in tutiorem atq; honestiorem lo-  
cum deducta est: ibiq; etiam nunc honorifice  
tractatur condecienti loco ac libero. Ita se res  
habet. nihilominus v̄ra nunc gratia ad eam.  
visendam mittam aliquem: qui siquid illi  
desse perspexit abunde ac magnifice submi-  
nistret. Ita nobis deus vos diuissime in feli-  
citate conseruet. In agro Sulmonensi.

**F**rancisco forcie inclito Mediolanensiu Duce  
preter arctissimam affinitatem & beniuolen-  
tiam que int̄ nos est: ob magna & immortalia  
in nos beneficia vehement̄ obstringimur. Is  
nunc a v̄ra Serenitate petit ducatus inuesti-  
turam. Vir profecto & virtutum & rerum  
gestarum gloria quantalibet dignitate dignis-  
simus: quiq; dignitati plurimum allaturus  
videatur. Quare Serenitatem v̄ram  
magnopere oramus ut & illius meritis &  
n̄ris precibus: Franciscum n̄m voti compo-  
tem efficē dignetur. ut aliquando intelligat  
non solum virtutes suas: Sed etiam interue-  
tum meum sibi plurimū profuisse. Emet  
hoc beneficio Serenitas v̄ra duos: illum q̄  
gratissimum debitorem: me vero v̄re libera-  
tatis & indulgentie p̄petuū buccinatorem

Nec erit sane minimum v<sup>re</sup> Serenitati decus  
& honor talem v<sup>ro</sup> beneficio virum subiectum  
habere: qualem temporibus n<sup>ris</sup> Italia haud  
quaquam haecenus habuerit parem. Vale &  
triumpha

**R**euendissimi atque illustrissimi patres & fratres  
Ad vos delatum esse satis coniectamus Fran-  
ciscum Forciam inclitum Mediolanensium  
Ducem. a Federico Cesare Ducatus inuestitu-  
ram petere: id quidem certe confisum egregiis  
virtutibus suis que sane quantalibet dignitate  
perdigne videantur. Ea de re & nos ad Seve-  
rum Imperatorem scribimus & oramus ut  
n<sup>ra</sup> etiam causa illi benignus & liberalis exil-  
tat. Restat nunc ut vos quoque oratos faciamus  
uti apud Cesarem n<sup>ra</sup> causa v<sup>ris</sup>que precibus  
intercedatis: ac v<sup>ra</sup> maxima auctoritate impe-  
tatis huiusmodi inuestituram. Quod cum  
feceritis & illum vobis perpetuo obligabitis  
magnum quidem ac memorem debitorem.  
& me etiam haud inmemorem beneficii v<sup>ris</sup>  
in rebus comperietis. Res nimirum dig-  
na nobis visa est quam magnis precibus  
& vobis peteremus & vos quoque magno &  
benigno animo efficeretis. Auetote.

Humanissimas a te litteras nuper accepimus quibus  
 tuam erga Alphonsum inclite memorie patrem  
 nostrum deuotionem recognouimus: atq; exol  
 culati sumus. Quamq; affers tu quidem iocu  
 da: sed noui nihil. Olim quippe nobis compertu  
 est & te patrem nrm coluisse: & ab eo te dilec  
 tum vehementer: ut qui int' eminentes eloquen  
 tia viros emineres & preclarus es. Nosti tu  
 plane illum in doctos precipue affectum ee: tu  
 umq; illum Agasidem Lacedemoniorum  
 Regem propterea laudibus efferre: qd dislex  
 torum se filium profiteretur: a quibus res  
 sue optime celebrari possent: & morte eripi.  
 Recte igitur pater: & nos patrem secuti: docto  
 & eloquentes viros amplectimur: te precipue  
 quem preter doctrinam & eloquentiam vir  
 tute & probitate singulari preeditum scimus  
 Adderem ad hec plura: nisi hoc dicendi munus  
 ut tuum ita & tibi relinquendum existimeq;  
 Oratores tui illi ea via proficiscentur qua latiq;  
 Cardinalis ad nos profecturus est. Vale.

Ab oratoribus nris viris grauissimis nuper  
 accepimus qd comiter atq; humanit' eos exce  
 peritis quaq; & variis honoribus nri gratia  
 effeceritis. Quia ex re vobis v'req; reipu  
 blicentel gratias habemus: velaturi par pari.

cum vel ex postulauit: neque vobis tam honesto  
officio concessuri: nisi quia vos patris loco se-  
mel suscepimus filium deceat patri cedere  
& officiis vinci. Auetote. xxvii. octobr.

**S**uscipimus & quidem letissime magnificas &  
opportunas oblationes vestras nostro animo ac spei  
nostrae quam de vestra beniuolentia ac fide conce-  
peramus correspondentel. Quodere mag-  
nas & immortales gratias habemus: aliquan-  
do magno cum fenore relaturi. Sane ut  
animo magnifici estis: ita & oblationes ante  
alios omnes magnificas attulistis: quibus pa-  
ri animi magnitudine ac gratitudine nos  
in magnificam vestram ciuitatem obligastis:  
ut posthac nihil fere studiosius cogitemus:  
nihil promptius exequamur quam vestra ac nostrae istius ci-  
uitatis amplitudinem & augmentum. Post hec  
magnopere petimus ut si quos Comitatum nos-  
trum Albe impugnare senseritis dum nos ad  
propullandas iniurias quod cito est preparamur  
illis magno conatu obuiam ire: vim repellite  
ac deo bene iuuante victoriam reportate. de  
niq; rem gerite vestro animo nostra iusticia ac coi-  
gloria dignam. Valete. Capue viij. Julii.

**M**agnifice ac suauissime compater. Accepimus

istius nre inclite ciuitatis oblationes sane magna  
& memoria dignas Cui quanq nos magnas &  
ingentes gratias hemus: aliquando tamen gra  
tissimo atq promptissimo animo relaturi .

Profecto res digna est quam perpetuo menti cor  
diq teneamus . Vobis preterea ea de re non  
minimum obligamur: qui vt certo scimus) tate  
rei diligentissimus atq ardentissimus procu  
rator existitis . Ceterum inclitam istam ciuita  
tem petimus vt Comitatus nro Albe si fuerit  
opus subueniat manu armata: dum nos ad pro  
pullandas iniurias q citissime preparamur .

Quod vos vt pari diligentia & procuretis &  
efficiatis etiam atq etiam petimus & rogamq vale

**F**ama qu clarissima: multorum voce: de vite tue  
integritate: nec non de studiis legalis sapientie  
accepimus nos compulit vt cum magistratum  
nre vicarie reformare studeremus te vel imp  
mis vnum ex iudicibus atq assessoribus ipius  
vicarie eligeremus ac designaremus . Quare  
te petimus atq hortamur vt dictum officiu  
ad quod tua cum magna laude euocatus es  
magno ac leto animo suscipias: & ad nos q ocil  
sime potes te conferas . Salarium tibi consti  
tutum est Trecentoz quinquaginta ducatoz  
anuatim . transacto vero anno erit beneplacitu .

num te in dicto officio confirmandi vel non  
Vale.

Mittimus Sanctitati tue oratores nros. Eos si libent' tua Sanctitas audiat: intelliget deuotionem erga te nrām non ee vulgarem. Quare eos per humanitatem vram nunc vos oro benigne suscipiatis: & quidquid enarrauerint: nro ore dictum existimetis. Vale;

Sacro vro collegio oratores mittimus: quos pro vra consuetudine comit' oro suscipiatis: & audiatis benignius. Quidquid ipsi enarrabunt: a nobis dictum existimetis. Valete;

Mittimus Reuerentie vre nros oratores: vobiscum nro nomine nonnulla collaturos. Eos vt mos est vester: perhumanit' audiatis: illisq; eam fidem comodetis: quam nobis si presentes essemus pro vra benignitate adhiberetis. Valete;

Quousq; tandem Macumeti turchoz Regis insolentiam feremus. an usq; dum nos impa-  
ratos ac desides opprimat. Jam victa Grecia occupato Peloponensi: in Italiam magno apparatu transitum parat. xpianis exicium minitatur. effecturus profecto id quod cogitat:

46

nisi aliquando expergilcamur: & xpi benignitate arma capiamus: atq; infestissimo xpianoz hosti totis viribus oblitamur. Ego qdē princeps inclite vt de me interim aliquid dicam hoc propositum ac desiderium mihi paternum est: ac velut in partem hereditatis relictum. Nostis enim iam inde a iuuentute optimum atq; inclitum patrem meum Alfonso Regem: contra macum etanos bella gessisse: & vsq; ad senectutem perductum in hac sententiam perdurasse: atq; etiam moriente mihi mandasse: vt & ipe in perniciosissimos christiane fidei hostes odium non amitterem: imo p virili mea vires cogem: alios ad id ipm principel excitarem. omnia miscerem donec xpi domini iniurias haud inultas viderem. Quod impresentia facio Princeps inclite: non vt dux (neq; enim mihi tantum arrogo) sed vt vnus aliquis ex mediocribus: paratus hac in re cuiq; vel Pontifex maximus: vel Principū collegium iusserit parere. Mouet me ad hoc maxime hoc tempore q; Pontificem sortiti sumus vite integritate admirabilem: & in xpi religionem vehementer accensum: quiq; nos consilio auxilio auctoritate plurimū iuuare & velit & possit. Suadet temporis lociq; ratio. In faucibus enim italie exultat ferox ille

truculentissimus xpianorum excruciator. neque  
aliud expectandum est: nisi nos tam iam mo-  
do excitemur: quod ut nos improvisos capiat: ra-  
piat: exterminet: cruciet: & quod deterrimus  
est: in Macumeti impiissimam sectam (horre-  
co referens) redigat & impellat. Consilium  
arma: viri: comeatus nobis abunde sunt  
contra illius perditos conatus: modo nobis  
ipsi non defuerimus: modo locum delegimus:  
& caput apud quem conuenientes: magno consensu.  
expeditionem hanc constituamus & expediamus.  
xpm deum verissimum causam suam agentem  
secuturi: eiusque diuinis auspiciis pugnaturi: & vic-  
toriam proculdubio si deo ipsi confidimus repor-  
taturi. Nam crudelia nepharia atque impia tur-  
chi ipsius facta: quid hic commemorem: que nota  
sunt xpianis & nationibus vniuersis: & ab hoc  
ipso litterarum allatore viro grauissimo edoceri  
potestis: quippe qui multa illiusmodi oculis vi-  
derit: ac propriis & certissimis testibus audiue-  
rit nobisque retulerit. Vale;

Hactenus hec de rebus Ferdinandi  
Regis per Antonium Panhormitam  
vsque ad Regis coronationem: reli-  
qua Leges in aliis voluminibus

Q



47

**D**imissis ad nos litteris Sanctitatis vestre singillatim ac  
ferè ordine respondebimus quo primum eadem  
ipsa Sancti<sup>as</sup> deinde gentes & nationes omnes si  
necesse fuerit intelligant nobis longe alienum  
propositum esse ac fore quod vos sentire atque adeo alii  
predicare enitami. Deinde subnectam epistolam  
vltro citroque a nobis missas quo planius innotescat  
veriusque nostra mens atque consilium. Imprimis  
nobis cruciate bullam misisse scribitis exhorta  
tes nos velut principalem executorem aut du  
cem ad expeditionem contra theucrum susci  
piendam nihilque hactenus ea in re a nobis preter  
verba reportasse. Optarim pater beati<sup>me</sup> ut  
vnu aliquis ex principibus quos item ad tan  
tam belli molem bullis inuitatis: rem bullis ca  
pelleret. Ego enim ut pote veteranus miles  
multis experimentis satis conduci in graui  
& diuturno bello non bullis dumtaxat: sed  
post dei opem pecunia opus esse & ea quidem  
copiosissima: dum ita que preter bullam viros  
arma: equos: naues: triremes: comeatum  
machinas: tormenta: tela: pecuniam deni  
que atque alia plura ad id bellum pernecessaria pre  
paro: haud mirum cuique videri debet si nihil  
hactenus a me. S<sup>ty</sup>. V. reportarit: quem pre  
sertim nisi papuo non adiuuerit. Quod vero  
officii vestri ut dicitis debitum exequentes die

nocturno vigilantes per legatos ac nuncios Reges  
ac Principes terre hortando excitatis ad bellum:  
Laudo ac vehementer probo si modo per se  
animum vestrum dum ardua aggredietur de  
minimis non curare & <sup>du</sup> votum susceptum tam  
evulgatissimum exequi studet quantumlibet  
parvifaciet incommodum. Nam per immorta-  
lem deum: quando votum hoc elucescet qua-  
do fructum pariet. Si pecunia que in theu-  
ros reservanda erat in hominem & re &  
nomine piccininum prodigitur. Si cum  
in christi hostes seuire debemus: in christianos  
ipso arma conuertimus. At dicit hic S<sup>tas</sup>  
V. hic ille latrunculus est qui se iactabat se  
dem apud dominam & magistram nosque  
vna tributarios facere. Meminisse hic oport-  
uit dicti illius non omnibus omnia credenda esse  
magisque re quam verbis iudicandum. Nos enim  
per sancte affirmare possumus hunc vestrum la-  
trunculum dum per civitates ecclesie transitum  
faceret ne in minima quidem arista illas dam-  
no affecisse. hunc item esse qui nostra opera nostraque  
interuentu sub S<sup>te</sup> V. stipendia qualiacunque  
facere crebro temptaverit: seque & exercitum  
suum parvo obtulerit contra theucrum &  
christiane religionis hostem. Quod ut per-  
fici facilius posset: Nam christi optimi & singularem

48

dei res agebatur: nos vobiscum vna partem  
stipendioꝝ & soluturos polliciti sumus. Vos  
vero illis forte potius audiendo qui princi-  
pum gratiam maledicentia captant: hominem  
atq; eius oblata neglexistis: nec neglexistis so-  
lum: sed in eum arma que in teucrum verte-  
da erant intulistis: quodq; paulo absurdius  
videtur hereticum in litteris vris appellatis  
Respondetis nobis. Oro per vram humanita-  
tem beati<sup>me</sup> pater. quis hominem hunc heresis  
accusavit? Quis pertinacie sue inherente  
condemnavit? Quomodo hereticus aut  
eē aut dici potest qui pro xpō & xpianis oibꝫ  
seq; & exercitum suum quotidie exhibet: offert  
ac deuouet? At Senenses armis vexat: q̄  
se contulerit homo om̄ium ac v̄ra presertim  
ope destitutus nisi ad eos apud quos paternū  
debitum repetiturus iure ac merito se posse  
conferre atq; interim exercitum alere videbat  
At iniuria illos afficit: oppidaq; nonnulla vice-  
pit: paratus est om̄ia restituere seq; iuri &  
equitati submitte. At vexillis beati Petri  
& nris obistere ausus est. Iure gentium pro-  
uilem eē non ignorat. S<sup>tas</sup> v. vt iniuriam  
propulsare: ac vim vi repellere liceat. Quod  
autem demirari visa est. S<sup>as</sup> v. accepisse  
enim se scribit nos latrunculo huic comeatu

& pecuniam per triremes nostras sumministrasse,  
 & in oppidum nostrum recepisse ac fouisse. Optice  
 pater non ea ratione frumentum & que ad  
 oppida munienda necessaria sunt Castilione  
 misimus. Ut aduersariis vestris ubi nulla futu-  
 ri belli suspicio apparebat prospiceremus. Sed  
 quod de nostro more oppida atque arces nostras premu-  
 nitas esse percipimus. Ut non spe ac fide lociorum  
 a quibus aliquando decepti proditi que fuimus  
 Sed ut nostra ope atque prouidentia tute in omnes  
 rerum euentum esse queant. Huc forte for-  
 tuna se recepit Jacobus piccininus. Susceptus  
 est fateor. Erat atque est oppidum commune  
 omnibus. Sed facite oppidanos velle ac debere  
 Jacobum excludere. Quomodo poterant  
 tam validum exitum propellere. Preocu-  
 pantibus ita concessum fuit. Quo loco  
 postea prenomminatus Jacobus amicos nescio  
 quos de se ac Nicholao patre benemitos nac-  
 tus comeatu & pecunia adiutus fertur.  
 Qua igitur in culpa nos erimus si quo-  
 gentes sexcentis. V. accedere minime curavit  
 ille peruenit. Si ab amicis & paternis  
 & suis humaniter & benigne nobis procul  
 absentibus ac nescientibus exceptus est.  
 Num propterea ignominia vobis digni videbimur  
 & qui impedituri veniamus Expeditione

ad quam tantopere elaborauimus in theucro.  
Liceat nobis nunc cum bona venia loqui.  
Non recte fortassis in hoc sentit. S<sup>as</sup>. V. no  
quidem impedituri: sed adiuturi sumus  
sacrosanctam expeditionem: proq; ea &  
Regna & corpus & vitam ipam libentis-  
sime profusuri. Pace vero Italie cuius ipi  
non mediocres auctores fuimus & seruare  
vehement<sup>r</sup> volumus: & quantum in nobis e-  
rit etiam protegere. Sane intelligimus si  
expeditionem in teucros veram & efficacem  
ee cupimus. Italiam prius omni ex parte pac-  
candam. id quod Sancti<sup>as</sup>. V. nutu facere si  
modo ab ira & indignatione temperare velit  
potest. Sed & illud silencio pretereundum  
fuit quod S<sup>as</sup>. V. de federico imperatore atq;  
eius Secretario Petro iam diu mortuis com-  
memorat: Nihil enim ad nos qui sacrosante  
Romane ecclie semper obseruantissimi filii  
fuimus: & xpo domino adiuuante perpetuo  
futuri sumus. Nec minus sane complures  
Pontifices succurrunt qui sua pertinacia atq;  
insolentia Pontificatu deiecti sunt & quoz  
nomina cum ignominia atq; contemptu ad-  
huc perdurant. Sed a sepulchris mortui  
excitandi non sunt. Magis autem coueniens  
fuerat meminisse: nam S<sup>as</sup>. V. id plenius

nouerat non solum ab adolescentia vniuersam  
& concordiam ecclesie diligentissime simul &  
faustissime procurasse remota penitus ab orbe  
terrarum omni xpianorum dissensione ac scilicet  
mate. Tum etiam nosmet vniuersam marchi  
am anchonitanam a quibusdam copiarum  
ductoribus occupatam recuperasse & ecclesie  
integram restituisse: idque & nos gratis egisse  
non spe aliqua remunerationis aut Lucra.  
Postremo Sanctitatem vram oratam velim  
ut eius exemplo cuius vicarius existit: no  
solum pro amicis: Sed pro inimicis etiam  
deum precetur: itaque & indignatiuncula de  
posita Jacobum piccininum: quod in manu  
vra est sibi reconciliet atque recipiat in gra  
tiam. Latrunculum enim imo latronem  
in cruce xp̄us dominus respiciens miseratus  
& Petro non septies modo sed si Septuagies  
septies peccator lapsus fuerit: modo peniteat  
admittendum & amplectendum eum esse res  
pondit. Si vero aliquibus eptarum parti  
culis non responderimus: id factum est: quo  
niam neque relatu neque responsione digne no  
bis ille visus est. Date in castronouo nro  
Neapolis. die xvi. Augusti Anno  
M. cccc. L. v. Post scriptas & pene  
oblignatas eptas reddite sunt nobis a. S. v.

50  
littere eiusdem fere sentencie quam superio-  
res ille bine continere videbantur: hoc am-  
plius addito q̄ proxime eadem. S<sup>as</sup> quatuor  
Legatos de latere creauerit quos statim  
sit dimissura ad excitandum vniuersum xpianoz  
orbem aduersus theucrum xpi domini hostem in-  
festissimum. Quia ex re nos maxime v. S<sup>te</sup>  
Laudem & gratiam habemus: Sed tum longe ma-  
iorem laudem & gratiam habituri sumus cum ia  
facere ad imitationem xpi & docere ceperitis.  
Sed iam illud etiam atq̄ etiam pete. S<sup>te</sup> v. non de-  
sistam vt nouellum hunc in italia theucrum quod  
omen deus euertat verbo q̄ armis xpianum ma-  
lit: ne aliquando per S<sup>te</sup> v. stetisse videatur quo-  
minus italie pace atq̄ ocio perfruetur. Mutu-  
quidem (vt ita dixerim) fieri potest quod a S<sup>te</sup>  
v. tantopere expostulatur: modo ab ira vt dixi-  
mus) & indignatione se abstineat. Quia omni-  
potens feliciter augeat & conseruet. Dat̄ vt  
supra.

Incipiunt epte p̄ Antonium Panhormita  
de Ferdinandi Regis voluntate misse super  
rebellioe procer̄ & baronū Regni Neapol.

Litta Pio Pape.

Quod concordiam int̄ Jo. antonium Principem

tarentinum & me litteris tantopere laudet ac pro-  
bet. S. V. propterea maxime gaudeo q̄ in hoc etia  
vobis vt in plerisq; morem gessi qui me tociens &  
litteris & nunciis ad hanc concordiam & italie pace  
& concordiam cohortati fueritis. Itaq; & q̄ dissen-  
sionem hanc om̄em om̄ino & causam grauioris tu-  
multus in italia sustulimus iuxta cum. V. S. leta-  
mur: & q̄ posthac expeditiones erimus ad obtem-  
perandum voluntati & iussis. S. eiusdem: preci-  
pue in expeditionem contra turchos suscipienda  
Ad quam quidem prout V. S. iusserit deq; me  
statuerit: ita me pro viribus exhibuero hylarem  
quidem & promptum. Ceterum exigentibus  
pluribus negociis qm̄ adesse oportuit. Cl. andrie  
Ducem cuius opera in hunc vsq; diem vtilis sum  
factum est vt cum eum precipue Mantuam  
destinarem: nunc prescripto tempore adesse  
nequeat ob temporis instantiam. Vex si con-  
tigerit dietam proferri neminem libentius ad  
vos mittam q̄ prenommatum Ducem quem  
intelligam. S. V. iocundissimū aduenturum.  
Interim oratores isti mei qui apud S. V. diuer-  
santur legationem agent: omniaq; exequentur  
nutu & sententia. S. eiusdem.

Francisco Mediolanensium Duci.

**N**uper ex litteris Lanceloti Macedonici gnoli



51

adoleſcentis accepimus vram excellentiam cōtra  
Gaſparem coxam quia nobis petulantē maledi-  
ceret exasperatum fuiſſe: illumq; conuiciis one-  
ratum dimiſiſſe. Hoc ipm profecto nos aliquāto  
mouiſſe confitemur q̄ constantiam vram male-  
dicus ille cōmouerit: alioquin videnda fuit ne-  
bulonis maledicentia: nec quid diceretur: ſed  
āquo verba efferrentur extimandum. Patria  
quidem extorris: in qua nihil præ q̄ humilem  
domum poſſederit. queſtuarii ex filii mercatu-  
ram exercet: atq; illi fidus eſt aut eē videtur  
qui pulmenti plus ingerat. Pauper igitur ac  
miſer a magnificentia vra laute admodum  
exceptus conuenientius Themistoſis dictum  
uſurpaſſe debuit. periſſemus niſi periſſem?  
q̄ in eos lateare qui nobiſcum affinitate & in-  
mortali amicicia deuinctos intelligeret. Vex-  
is cum ſua calamitate & ignorantia dimitte-  
dul: neq; enim dignus eſt de quo vel verbum  
vnum faciamus. Nobis vero illud perſuaſū  
eē debet Regum eē benefacere & male audire  
Admittendum vtiq; inuidos ac maledicos verbi  
& moribus mendaces efficiamus: deoq; gratias  
agendum. Quia cum illis tantū dicē nobis etiam  
facere conceſſerit. Vale & triumphā.

**F**erdinandus Rex Theodoro viro. cl. Sat. dicit

Facit tua virtus & ingenii & animi vt te amem.  
amans vt te cupiam. cupiens vt te accersem  
igitur lectis litteris veni ad me. Venisse te haud  
quaquam penitebit. Vale.

**A**ntoniul Panhormita Theodoro viro. cl. Salutem  
Ferdinandus Rex incredibiliter te desiderat  
fortuna tibi parata est & tua virtute & testi  
monio amicorum. Nisi tute tibi defueris: nihil  
est quod posthac deos incules. Quod potes ocif  
sime ad nos te conferas. habebis itineris duce  
presentem tabellarium. Vale.

**F**erdinandus Rex Theodoro Presidi. S. dicit  
Recte tu quidem suspicaris Gallos hostis e  
nariam aduenturos: & (nisi prouideas) insulam  
populatuos. Sed quod cupis & mox petis  
andolia & prela que passim per villas multo  
repleta sunt veneno corrumpas quo gentem  
vini auidam interimas: tibi haud quaquam al  
sentior. Non quidem dolo & insidiis: sed  
virtute (si nescis) ad gloriam nitimur. Fa  
bricius laude celebratur qd Pyrrhum Regem  
per medicum veneno necare cum posset: re  
nuit declarans victoriam que scelere acqui  
ritur laudis non esse. Quid dicere censeas  
Xpianum Regem cui lege euangelica

52  
simplicitas maxime colenda preponitur. pro  
uideas igitur insule q̄ maxime viribus atq̄  
armis potest. Sin vero multitudini resistere  
interim non datur: sepultos vino & tutius  
opprimeres & honestius: eritq̄ tibi pro vene  
no vinum venenorum que terra producit  
omium maximum. Vale. Auerse ultimo  
Novembris. M. cccc. L viij.

Pio Pape.

**C**larissima multorum voce ac litteris nobis renun  
ciatum est Pie pater beati. q̄ magnifice & tue  
auctoritati conuenienter insolentie Gallorum.  
responderis. Nam cum me illi minus legitime  
Regno inuestitum ac coronatum contenderet  
Tu merite ac recte creatum Regem mirabili co  
pia & eloquentia declarasti. Attulisti in mediū  
concessionem superiorum Pontificum fratrum  
Cardinalium: consensum populorum ac procerum  
meorum atq̄ adeo totius Italie. voluntatem pro  
piciam optimi patris Alfonsi in catholicam eccle  
siam benemerita contra Gallorum Regum  
demerita: quicq̄ ex Rege xpiano nihil hodie  
preter nomen optineant. omnia officia: oia  
beneficia que Pape propria sunt usurpasse  
ac prophanasse: contumacias eorum ipse innumera  
biles. Dominandi libidine in Italicos perpetua

odia conuersationes intollerabiles. Sed & illud  
iocundissimum auditu fuit q̄ cum me propt̄  
natales meos Regno indignum eē exclama-  
ret: te palam fecisse nōnullos ex Hispanoꝝ  
Regibus: nōnullos ex Gallorum natu simile  
extitisse. Herculem pretea: Romulum  
Alexandrum: Salomonem & alios plures  
Reges quos mortales vniuersi diuinis Lau-  
dibus ferunt illegitimo matrimonio ortos  
Quippe neq̄ ortum aut originem verum  
Regem statuere: sed animi excellentiam  
morum sobrietatem: humanitatem: demē-  
tiam: liberalitatem: religionem: sapientiam  
& deniq̄ Pontificum quiq̄ Xpi domini Vica-  
riatum gerunt obedientiam atq̄ obseruan-  
tiam. Hec & talia cum copiosissime ac cōs-  
tantissime differuisses omnibus quidem qui  
aderant tui animi generositatem: tue am-  
plissime Sedis dignitatem ac dignitatis ma-  
iestatem exhibuisti mihi: etiam pietatem  
atq̄ iusticiam. Quibus ex rebus tantas  
S<sup>r</sup>. tue laudes & gratias habeo quantal nec  
verbis enarrare: nec opera aut rebus satis  
facere vniq̄ possem. Obligasti me. obligasti  
progeniem meam imperpetuum. Continue  
te benefactorem te dominum te patronum  
decantabimus: nec minus semp & vbiq̄

gentium nos Sacrosancte Romane Ecclesie obser-  
uantissimos filios beneficiarios & clientes esse  
profitemur. Ita te iustissimus deus iusticie asser-  
torem in pace & tranquillitate incolumem in-  
uictumq; conseruet.

Francisco Mediolanensem Duci.

**I**nauditam & pene monstruosam rem hodie audi-  
turus es Ducum Illustrissime Marimum Prin-  
cipem Rusani Ducem Suele illum inditi atq;  
optimi patris mei Alfonso generum sororium  
meum: meumq; Vic<sup>m</sup>. & Sexcentis beneficiis  
auctum honestatumq; nuper a me desciuisse  
ad hostem meum notarium Rheni Ducem Ca-  
lesq; ciuitatem nr̄am interim <sup>dolo</sup> occupauisse: neq;  
affinitatis nr̄e: neq; amicicie: neq; beneficioꝝ  
neq; iusiurandi: neq; fidei: neq; fame existima-  
tionis rationem ullam habuisse. Que res  
aut rectius quod monstruum maxime perpu-  
lit vt relicta Calabria magnis itineribus opi-  
nioneq; celerius Campaniam me' conferrem  
vbi dum hec scribo sum: & nequid per me de-  
esse ad officium videatur mittam ad preno-  
minatum principem Rusani oratores viros  
clarissimos qui illum si possibile est ad sanita-  
tem reducant: alioquin iusticia fretus deo

beneiuuante perfidiam atq; hominis leuitate  
armis quoad potero vindicaturus sum. Spe  
rans in domino qui duobus conredientibus  
ac dimicantibus (vt ait Augustinus) illum  
ex celi fenestra respicere ac fauere consueuit  
qui iustam bellandi causam sustine' visus e'  
Hec proinde maxime excellentie' tue nota  
e' volui Princeps dignissime q; Alfonsus  
pater moriens ita precepit vt liquid tale  
mihi accideret aliquando tuo consilio atq;  
amicicia fident' vterer. Vale.

**A**ntonius Panhormita. Fran<sup>co</sup>. Duci magnani  
mo Sat. dicit. Erat consilii litteras ad te  
prolixiores dare nisi Vulpinus tuus ad te  
iret rerum omium que hic aguntur peritis  
simus atq; doctissimus. Is enim & rebellionē  
quorundam leuissimoz hominum: & consta  
ciam atq; animi magnitudinem Ferdinadi  
Regis & eiusdem Regis propositum tibi  
verbolius ac suauius enarrare poterit viuo  
sermone. Tantum te hortor si semper cupidus  
honoris & glorie fuisti vt Ferdinandu' tuu'  
nunc iustissimum atq; honestissimum bellu'  
gerentem auxilio & copiis tuis adiuues  
nec spes vnq; maioris aut facilioris glie'  
occasionem inuenturum q; in hoc bello. pug

54  
nabitis iusti contra perfidos. Fortes contra  
facinorum conscientia percussos diis & ho-  
minibus exosos. Utinam nunc adesse vide-  
res milites nros pro eoz fide & innocentia  
alacres & belli cupidos: aduersarios pre sce-  
lere pavidos & prope confusos: Ut cui victo-  
riam deus concessurus sit: facile animadu-  
ertas. Illud demum pro tua prouidentia &  
natura cauebis ne mora beneficium inficia  
Omniū oculos in te coniectos habes. tecum  
putant: Victoriam: felicitatem amiciciam  
constantiam: opportunitatem leticiam: &  
gloriam aduenturos. Veni igitur q̄ oculis  
potes & nos bea. Vale.

Francisco Mediolanensi duci.

**S**ententia medicorum e Ducum prestantissime  
qui semel insanit: nunq̄ integre ad sanitate  
reduci posse. Io. antoniū Princeps tarentiq̄  
cum putaremus ab insania aliquando posse  
relipiscere incepit furere: Ioannis enim Rhe-  
ni Ducis aduersarii mei vexilla erexit: ci-  
uibus & popularibus meis arma intulit. fi-  
dem abiurauit: deniq̄ omnia fecit ac quoti-  
die facit quibus aperte insanire ac furere  
videatur. Ex quo quanti fecit vel sumi  
Pontificis auctoritatem vel tuam: facile

animaduertis . affinitatem vero & homagium  
quibus mecum obstringebatur tanti fecit ut  
nihil sit quod minoris extimare videatur  
Excita itaq; prudentiam tuam amice magne  
qua in principel nri temporis scilicet excellere  
iudicaris excita animi magnitudinem qua  
veteres illos herois equasse predicaris & quid  
mibi in hoc casu faciundum sit litteris signifi  
ca : Nec minus hoc pro nra immortalis coniunc  
tione ad tuum decus q̄ ad meam utilitatem  
spectare tibi persuade . Nobis quidem iusti  
cia victoriam pollicetur maxime si amici &  
Pontifex sicuti speramus in officio & federe  
perstabunt . Vale

Venetorum Duci .

**E**rubescerem utiq; apud alios profiteri me futu  
ra predicere & vatem ee apud te Princeps illu<sup>me</sup>  
ac sapientissime id agere haud indecorum puta  
rem certe qui ab oratoribus celsitudinis tue  
testibus grauissimis intelligere debuis Et  
me sepenumero illis dixisse principem tate  
tinum nobis verba daturum & quod pro  
mittet nequaquam prestaturum sed altius virul  
alere quod suo tempore eet effusus . Ecce  
nunc Vaticinii mei fides aduersarii mei  
Benati Ducis vexilla erexit : ciuibus



55  
& popularibus meis bellum intulit: excursions  
direptiones plurimas fecit ac quotidie facit contempto  
iureiurando contempta fide: & quod maxime esti-  
mandum fuit: tua tueq; amplissime ac formida-  
bilis reipub<sup>l</sup>ice auctoritate contempta. Etenim no-  
ram illum nulli vnq; Regum antecessorum me-  
orum fidem seruasse: imo cum illis iniuria q<sup>ue</sup>  
semper contendisse incredibili inuidia: ambitio-  
ne inconstantia & auaricia adductum. prete-  
ritorum itaq; ratio facile me diuinum faciebat.  
& ne quid in homine mortalium omnium leuil-  
limo sperarem aut crederem suadebat. Valuit  
tamen apud me plurimum vt debuit auctori-  
tas tua: tueq; reipub<sup>l</sup>ice qui per oratores viros cla-  
rissimos hortati fuistis ac propere perpulistis vt  
sententie v<sup>re</sup> haud ignarus futurorum accede-  
rem: traderemq; Antonio Santilio ciuitates  
& oppida omnia marchionatus: necnon solie  
urbes & castella complura. feci ego itaq; pro vi-  
rili mea omnia & impleui conditiones pacis ne  
quid a consilio & grauitate v<sup>ra</sup> viderem dissenti-  
re. Ex diuerso quidem ille fecit: aut quid no  
fecit? Promiserat conseruare terras marchio-  
natus quas a me recepisset ad regiam n<sup>ram</sup> fi-  
delitatem. at statim illis receptis intromisit  
presidium Trecentorum peditum hostium n<sup>ro</sup>  
rum quorum prefectus erat Crispinus gallo

provincialis. Promiserat item non assignare  
terras calabrię prenominato Antonio Santi-  
lio. at statim contra pacta & pacis conditiões  
illi eas tradidit. Ille vero accepto dominio sta-  
tim contra me meamq; dignitatem probrosos  
ac petulantis sermones effundere. ciuium &  
subditoꝝ animos a Regia fide abalienare. Col-  
sentie vicos & vicorum incolas omnis subducere.  
magistratus & officiales creare. vectigalia: tri-  
buta: munera: augere: minuire: concedere ar-  
bitratu suo. Deniq; omnia vsurpare que Regie  
sunt potestatis non priuatorum licentia con-  
cessa. Vtrum atq; alia huiuscemodi multa hor-  
tatu iussuq; Principis tarentini Santilius fe-  
cerit: rerum exitus declarat. Ceterum vt  
dei benignitas mihi de Calabria & Sancilio  
victoriam concessit: ita in eadem dei benigni-  
tate & iusticia spero fore vt. Jo. antoniue  
Princeps tarentinus mihi & tibi Princeps illu<sup>me</sup>.  
pro eius perfidia & leuitate penas det. Nec  
ego tue Celsitudini tueq; reipu. propterea no-  
ta esse volui q; non minus propemodum ad  
vos pertinere q; ad me id facinus arbitratu  
sum. Auctore.

Ferdinandus Rex Leoni mario & bernar-  
do iustiano viris clarissimis. Dixi ne vobis

sepenumero cum de concordia int̄ so. antoni  
um Principem tarentinum & me agitare:  
illum aliud simulare: aliud animo agere?  
Dixi ne vobis illum nequaquam pactionibus statu-  
rum: sed aliquando bilem atram euomitur-  
um. Nec me sortes aut vaticinium diui-  
natorem effecere: Sed leuitas hominis oium  
inconstantissimi & in eodem genere perfidi-  
die peccare consueti. Vicit tamen apud me:  
vra atq; incliti Senatus auctoritas. Feci qd̄  
faciendum ee vobis visum fuit. Querit  
nunc perfidus ille: pecuniam sibi intercepta  
fuisse a presidibus meis in Apulia: qua tam  
& si certo scirem in damnum mei status a  
Principe ipso dimissam: nihilominus reddi  
sibi procuraueram: ne vel iniuste querele  
causam haberet. Ille vero velut qui causam  
ab amico atq; iusticia discedendi querebat:  
pecuniam sibi restitui neglexit. Vexilla  
hostium meorum neglecta fide: neglecta fa-  
ma: neglecta vri Senatus auctoritate & gra-  
tia: erexit. Subditis meis: quiq; in fide pers-  
tarent: bellum indixit. Hec quidem mihi  
(vt inicio dixi) haud quaquam noua sunt: sed  
preuisa iam pridem. Vobis quoq; quid  
nunc de hominis portento videatur: videre  
mihi iam videor. Valetote;

Pio Pape.

**P**eruenisse iam ad aures. S<sup>t</sup>. tue reor Pat<sup>m</sup>. bea<sup>me</sup>.  
his proxime diebus aliquantulum tumultu  
atum esse in ciuitate tua benauentana: quod  
ego pro nihilo existimarem si causam ad elo  
quendum ex eo cepisse scirem emulos & ad  
uersarios meos paratos semper affingē &  
euulgare quod S<sup>m</sup>. dignitatem & fortuna<sup>s</sup>  
& amicitias futurum intelligant. Transeū  
tibus igitur noctu tribus tantum militibus  
ex cohorte Honorati Comitis fundorum  
ex arce ut solet exclamatum est qui hi essent  
q̄ noctu transitum darent. his vero siue itinē  
fatigatis: siue plus debito confidentibus ac res  
ponsum dare differentibus: subito ad arma  
conclamatum est. milites capti & amici inson  
tesq̄ comperti dimissi. hinc natum argumē  
tum maledicendi inimicis meis: me per in  
sidias Urbem capere voluisse: quasi tam ebel  
& imperitus sim ut tribus hominibus vasta  
Urbem attemptare presumam: aut ea  
ciuitate que tua sit non pro mea uti & debeat  
& possim: sicuti tua S<sup>as</sup>. que mea sunt non  
tam mea ee q̄ tua: certum & exploratu heat  
¶ Nec ut inuicio dixi) nihili quidem facienda sūt  
Sed ita animo institui ut nec minime aduer  
sarios meos in me insultare permittam. Ita

te deus omnipotens sospitet felicitetq;

Francisco Mediolanensiu Duci.

**I**nnotuisse iam credimus sublimitati vestre Princeps Ill<sup>me</sup>. Aquilam ciuitatem a nobis defecisse: utq; magis demiremini Calurnie cuiusdam suasionibus motam. Quod non haud proinde egre tulimus q; ab Aquila victoriam speraremus: Sed q; ciuitate opinionone grauem fidem abrogasse videamus leuissime mulieris hortatu. Nobis qdem iusticia victoriam repromittit & iusticie auctor deus immortalis: tum militu alacritas & fiducia. ut pote qui deo bene iuuante pugnaturi sunt iusti contra perfidos scele-  
ris conscientia percussos. Nos in Regem poposcerunt: in Regis verba iurauerunt Nos Pontificum auctoritate probatum nos inuestitum: vinctum: coronatum: postea abiurant: abnegant: prodiunt: hos tu putes iustorum ac strenuorum militum ora perferre posse: presertim cum nr̄is neq; multitudine neq; virtute: neq; peritia: neq; opib; pareat aut similes sint. Adde q; ego totius Italie consensu & applausu Rex creatus su Rexpu. Ducumq; qui in Italia opibus pollet federe munitus: ad quoz decus & gloriam

vel maxime pertine arbitror vlcisci non  
modo socios & amicos sed alium quemlibet  
quem in Italia iniuria affectum animadu-  
tant. Vale & triumpha.

Pascali Venetorum Duci.

**S**at scio Princeps magnanime nonnulloy huius  
Regni procerum perfidiam & leuitatem  
tibi notam esse: eosque iureiurando & homagio  
violato quo Regi Ferdinando obstringeba-  
tur Rhenati Ducis nomen inuocasse: ac  
magis in Regem & patrem suum impros  
nefariosque parricidas intulisse. Quamquam  
rem te pro tua singulari virtute & iusticia  
qua inter Principes nostri temporis scilicet excel-  
lis egre & moleste admodum tulisse non  
dubito: nec minus ad tuum decus & gloria  
ciuitatis tue huiuscemodi scilicet vindictam  
pertinere continuo Celsitudini tue vilum  
fuisse. Nosti tu quidem Princeps sapien-  
tissimum Herculem a veteribus illis proinde maxime  
celebratum & videas etiam relatum quod omnem  
iniuriam ac contumeliam usque ad extrema  
orbis regiones ultum esset etiam non rogatus  
Quid tibi faciendum suspicemur qui vicini  
Regis tui tueque reipublice amantissimi op-  
pressionem oculis videt. Omitto hoc Loci

58

federa quibus alter alteri quotiens opus fuerit  
adiumento esse obligamini. Nam satis te tuaque  
virtutem vltro excitare potest Januensium  
audacia qui cum proxime turchos ex Asia  
in Europam auaricia ceci deueſint: nunc  
libidine dominandi Gallos gentem belli per-  
cupidam in Italiam traducunt quorum ope post  
tea Januenses ibi adiuti mutuo: aut huic  
aut illi reipſe bellum inferant pacemque &  
tranquillitatem Italiae disturbent non dei  
optimi maximi iudicium: non rerum belli-  
carum que in Italia pollent vires extimescen-  
tes: hec tu inspicias Princeps fortissime & per-  
feras: ad quem maxime spectare videatur  
icta federa conseruare: pacem continere: iniu-  
rias propullare: Vicinos tueri: Leges ferre  
imperio denique & iusticia (vt Poeta dicit) gen-  
tem frenare superbam. Quid hic me-  
morem Gallorum mores omnibus intolle-  
rabiles? Quid perpetua in Italicos odia  
Quid ob exhorrenda facinora eorum intem-  
ptiones? Quid nunc ausuros eos putel  
fautoribus atque adiutoribus Januensibus?  
Contra: quis Ferdinandi Regis humanitate  
mansuetudinem: benignitatem clementiam  
perspectam & exploratam non habeat? hic  
preterea in Italia educatus. hic in Italia

coronatus: hic totius Italie' consensu Rex  
creatus. Hic deniq; post mortem Alfonsi  
patris te Princeps amplissime in patrem  
elegit. in te spes suas reposuit. tuo semp &  
consilio & auxilio in rebus omnibus tam  
prosperis q̄ aduersis usus. Vides nunc  
Princeps benignissime quid tute facturus  
es si dignitatem Principis: si pietatem patri  
si libertatem Italie: si deniq; tuum tueq; rei  
pu<sup>ce</sup>. honorem & gloriam seruaturus sis Vale

Falsali Venetorum Duci.

**E**go quoq; Princeps magnanime vt qui tue &  
italice laudis studiosus sim non desinam qd  
vnum possum litteris te pulsare vti Ferdinando  
Regi socio & confederato v<sup>ro</sup> impresentia  
rum non solum prouocato ab hostibus: sed  
etiam penē oppresso opem feratis: ratus id  
quidem pertinē cum ad beneficentiam &  
gloriam inclite reip<sup>ce</sup>. v<sup>re</sup>: tum maxime  
ad fidem integritatem atq; constantiam  
In primis & enim federibus int̄ vos & Al  
fonsum Regem percussis ita conuentum  
comperietis si annales repetitis vti post mor  
tem Alfonsi ad Duodecim deinde annos  
Ferdinandus filius in federibus compre  
henderetur. Huiusmodi fedus inter



59  
vos & Alphonsum idum est. Me & Ludo-  
uico magistro Muntelie oratoribus ac  
Regis procuratoribus in ista preclaris-  
sima Ciuitate v̄ra: Quomodo quis nūc  
censeat Ferdinandum a vobis desertum  
iri qui olim ante patris mortem in liga &  
federibus a vobis admissus sit: iam inde  
vobis filius destinatus. Postea vero in  
Secundo & vniuersali federe quis dubitet  
Ferdinandum comprehensum: & iā nūc  
bello lacessitum & prouocatum ēē: non  
dico a sanuenibus ad quos nihil attinent  
federa a quibus exclusi sunt: sed a Joanne  
Rhenati Ducis filio sub patris nomine  
Rhenati quidem nomen inuocatur. Rhe-  
nati quidem vexilla eriguntur. Vnus  
est qui & prouocet & inuadat & vexet. Ab-  
sit a tuo genere: absit a fide & beneficentia  
vrbis tue: ut Regem: ut vicinum: ut op-  
pressum: ut auxilium iure ac federum  
legibus postulantem non adiuues & am-  
plectaris. Mandabuntur hec omnia (mibi  
credas monumentis littarū: eruntq; ad  
posteror exempla beneficentie & iusticie  
tue. Erut hec immortalis reipū. laus cum  
intelligent a Venetis socios non destitui  
vicinos non deseri: iniurias nō negligi

federa inuiolabiliter seruari: fidem coli: denique  
extra Italiam auxilia non repetenda: sed  
adesse in Italia Senatum Venetum presi-  
dem & vindicem iniuriarum assertorem  
iusticie: pacis: & tranquillitatis custodem  
sociorum acerrimum defensorem. Expectabit  
Princeps illius: uti Ferdinandus ab Rege  
Aragonie patruo suo: ab Rege Hispanie: ab  
Rege Portugallie fratribus florentissimi  
auxilium postulet. Patieris Italiam exting-  
uere bellis totam incendi: vastari: diripi: cum tu  
vnus possis hec auctoritate conficere: Ad  
quem scilicet totius Italie & ipsius Pontificis  
maximi oratores confluunt orantes ut  
vna secum federum ac societatis iure Fer-  
dinandum ab inmanissimis ac barbaris na-  
tionibus bello prouocatum & oppressum ad-  
iuues subleuesq: ab Italia pestem amoueas  
cum reliqua demum Italia omni consentias  
Sed & de Principe tarentino quidquid tua  
substatuerit ab humanitate & clementia  
Ferdinandi te consecuturum non temere  
tibi polliceor. Quare Princeps gloriosissi-  
me tibi tueque reipublice immortalis hanc gloriam  
vendica. Italie pacem & federa conserua  
nec patiare externa auxilia in exicium  
& euersionem Italie euocari & admitti vale

60

**C** Ferdinandi Regis oratio p. A. panhormita  
um ad id quod contra turchorum insolentiam  
ac furorem tua. S.<sup>as</sup> parat pater beati.<sup>ne</sup> comodis  
sima ac pernecessaria sit italie pax atq; concor  
dia non absurde fortassis Ferdinando inclito  
Sicilie Regi dignationis tue filio obseruantis  
simo visum e<sup>st</sup> vt q<sup>uod</sup> primum occasio daretur  
nos qui eius nomine ac mandato hic sumus  
Regis animum explicaremus palamq; fa  
ceremus per eum nequaq; staturum quomig  
italia omni ex parte paccata ocio & tranq<sup>uillitate</sup>  
litate fruatur. Idq; eo maxime sibi visum e<sup>st</sup>  
q<sup>uod</sup> nonnullos ee<sup>re</sup> compertum habeat: partim ma  
liuolos: partim inuidos & perniciosos viros  
qui dicant ac diuulgent Regem in italia bel  
lum tum contra sanuenles tum contra Si  
gismundum Arimini dominum suscitare  
exercitum quotidie comparare: suo forte  
minime contentum aliena cupere: id q<sup>uod</sup> de  
indignum humanissimo Regi videri de  
beat nemo magis q<sup>uam</sup> tua. S.<sup>as</sup> coniectauerit: q<sup>uod</sup>pe  
que bella non ab eo sed ab Alfonso patre iure  
ac merito cepta probe cognoscat & a Ferdina  
do filio non sua culpa: sed hostium pertinacia  
suscepta produci. Sed quoniam hec no<sup>n</sup> omib<sup>us</sup>  
nosse datum est: concedes pro tua singlari  
humanitate atq; iusticia vt in hoc sacratissimo

terrarum loco apud hos p̄stantissimos patres  
& oratores ornatissimos Regis causa aperia-  
tur: honestissima illa quidem atq; iustissima  
Ut cum intelligent alius alium ad pacem pro-  
pensioem esse & non impediturum: sed pro  
viribus adiuturum expeditionem & consi-  
lium. S. tue contra turchos merito & egi-  
nro laudes & gratias habeant & inuidos il-  
los & perniciosissimos homines odio & execra-  
tionibus prosequantur. Primo igitur causa  
belli suscepti contra Januenses aperiemus. de  
inde contra Sigismundum: atq; id ita breuit̄  
ut audire vos haudquaq; distedeat. Cum  
aliquando int̄ Januenses & gloriose memorie  
Alfonsum pacta hec conuenta eēt ut Alfon-  
sus sua expensa presidium in Vrbe Janua ad  
custodiam ciuitatis & illorum reipū. conti-  
neret: illi pateram auream quotannis Alfon-  
so tribuerunt. Alfonso quidem promissa  
religiosissime seruauit. Illicum promissa &  
penam promissis adiectam violarent: nec p̄po-  
siti peniteret: necesse fuit Alfonso perfidiam  
armis vindicare. Quo factum ē ut Januen-  
sium exulum partem amplexus eos patrie re-  
ipū. restitue conatus sit. Tum quia primores  
ciuitatis erant genē & virtute prestantes: tū  
quia sua opera restitutos crediderit melius.

61

fidem & pacta conuenta seruatiuros. Itaq; si quis equa aure hec audiat: non contra sanues: sed pro sanuensibus Alfonso bellum suscepisse cognoscat. neq; ambitione aut cupiditate aliqua sed iusticia & equitate cum liquoribus decertasse. Quod plane fecit cum oppida omnia que vi aut deditioe cepit non sibi dominandi libidine seruauerit sed exulibus ipis reddiderit: presidioq; imposito vsq; ad sue vite exitum illis custodierit. Postea vero diem functus: hanc filio prouinciam velut hereditariam relinquere visus e videlicet que ad fidem decus famam constantiam suam spectare arbitraretur. Suscepit itaq; munus Ferdinandus filio conuenientissimu exules sanuenses pro viribus tuendi atq; seruandi: maxime vero cum ij qui in vrbe dominatum obtinent in illius odium euocantur & heni. Ducem aduersarium eius dominuq; vrbes statuerunt libertate ac dignitate posthabita. Quem quotidie in Ferdinandum concitare annuntur: utq; eius Regnum aggrediatur suadent: incitant: compellunt. Comprehensi sunt nuncii & heni ipis Ducis complures & adhuc in compedibus detinet qui minime negent se venisse uti populares & subditos Ferdinandus ad seditionem ac

rebellionem concitent. Comprehenſe ſunt atq;  
extant littē innumerabiles huiuſcemodi etiā  
defectionem ſuadentes. Quelūm nunc  
te pater beati<sup>me</sup> voſq; ſapientiſſimi viri quid  
Ferdinando Regi faciundum videatur. Nū  
expectandum v̄t ſanuēſium ope & hortatu  
Rheni Dux quod littis & nunciis fore minita  
tur Regnum Neapolitanum inuadat: an  
potius ſibi precauendum bellumq; in ſanuēliū  
fines transferendum. Putas tu pater ſapient<sup>me</sup>  
te expeditionem in turchos exequi poſſe Italia  
ſanuēſi bello implicata. Rurſum putas Ita  
liam pacificari poſſe Gallis Italiae inſultantib;.  
Noſti tu pater beatiffime Galloꝝ prouincia  
lium gentem belli ac nouarum rerum per q̄  
quidam eē. Italicorum vſq; ab vltima origine  
perpetuo hoſtem auaricia inſaciabilem: ſup  
bia intollerabilem. hinc ſepenuūro Italia eiec  
tos: nonunq; etiā interuentione Galloꝝ pro  
uinciales oculos in vita Karoli magni non  
inelegant legimus ſcriptum Galloꝝ amicos  
habeas: vicinos non habeas. Aduerſus eos  
itaq; qui ad diſturbandam Italiae pacem &  
federa eiufmodi Galloꝝ euocauerint: Fer  
dinandus Rex bellum capellit: pro iuſticia  
pro Regni ſui incolumitate & tutela: non  
ambitione aut cupiditate aliqua adducto

62

Nam persancte vobis in eius animam affirmare pos-  
sumus si quis sponte Janue dominatum illi dese-  
rat se recusaturum. Sua forte affatim contentum  
agere deoq; gratias immortales habere q; Regnu  
a patre sibi relictum a tua S<sup>re</sup> confirmatum in pace  
tandem & tranquillitate possideat: neq; aliud  
extra Regnum appetere: neq; aliud mente agita-  
re nisi Regni conservationem & popularium  
ac subditorum pacem. Videte nunc utri potius  
italie pax credenda fuerit an Ferdinando ipsi  
qui educatione: moribus: animo domicilio:  
Regno: familia: benivolentia: Italicus sit &  
italie paci ac federibus obstrictus: an provinci-  
alibus ipis Italorum hostibus: pacisq; & tranq-  
lilitatis euersoribus. Quod si pacem omnino danda  
Januensibus censuerit. S<sup>as</sup> V. quo facilius expedi-  
tio in turchos expediatur & ipse Rex paci libe-  
ter assentiet dummodo belloz materia extinguat  
hoc est Galli ipsi Janua amoueantur: nedum  
pacem animo agitel bellum ingens in Italia exci-  
tetur: paxq; ipsa quod contra fieri debeat bellum  
parturiat. Tum sentient Januenses Ferdinan-  
dum Regem non hostem: sed amicum & bene-  
factorem: nullaq; alia ex causa bellum contra  
eos suscepisse: in fensosq; habuisse atq; habitu-  
rum esse q; ex Gallis provincialibus ipsius Regi  
atq; adeo Italicorum omnium hostibus in ipoz

Urbe[m] comuni omniu[m] periculo receptis. Illud  
deniq[ue] vobis de Ferdinando Rege pollicemur se  
pacem potius desyderare: sane inuitum assu-  
mere nec recusaturum quicquid. S<sup>as</sup> V. de eo  
deq[ue] eius Regno statuerit: modo vniuersalis  
pacis ratio habeatur: atq[ue] omib[us] eque consul-  
tum sit. Restat nunc vt de Sigismundo ali-  
quid attingamus contra quem bellum ab Al-  
fonso patre optimo iure inceptum filius pro-  
sequitur non de nouo suscitatur vt isti volunt  
Quam vero causam belli mouendi habuerit  
Alfonso: nemo est qui nescierit: nemo qui  
non laudauerit atq[ue] probauerit. Testis & ois  
Italia que cum ad pacem & federa magno con-  
sensu conuenit: Sigismundum a pace & liga  
excludi haud iniuria passa est: in exemplum  
aliorum ad posteros derelictum: qui accepta  
pecunia atq[ue] aliis obligati fidem pactaq[ue] ser-  
uare condiscerent. Sed quid in re omib[us]  
nota tibi presertim pater beati<sup>me</sup> immoramur  
qui hac in re vt ceteris: Regis aium satis abui-  
de perspectum habet. certe qui huiusmodi  
controuersiam tuo iudicio tuoq[ue] arbitratu  
decidendam: componendam comiserit atq[ue] co-  
mittat vt intelligant mortales omes Rege  
non ambitione aut cupiditate bellu[m] mouisse  
sed quo res ablatas si hoc saltem modo potest



repetat. Sin minus: iniuriam sibi haud fa-  
 cile inferri posse demonstrat. Quid inter  
 ille. effugit: reformidat: abnegat iudicium  
 S<sup>r</sup>. tue veritatem tuq; animi integritatem  
 ac severitatem sibi conscius extimescens. hec  
 cum ita sint pater beati<sup>me</sup>. tuq; hec ita ee certo  
 scias: quis dehinc Ferdinandum incuset vel  
 ut belli avidum & stultie pacis disturbatorem  
 ac non potius laude & benivolentia excolu-  
 letur. qui cum belli iustam habet causam  
 tum contra Januenses: tum contra Sigismu-  
 dum: sentencie tue tamen acquiescat cupies  
 in pace & tranquillitate vitam agere. si mo-  
 do id salva dignitate ac tuto fieri liceat. hec  
 in mandatis a Ferdinando S<sup>r</sup>. tue filio habu-  
 imus: que primo quoq; tempore cum facul-  
 tas daretur apud Sacrosanctum hoc solium  
 aptice diceremus: quo tota Italia atq; ii ma-  
 xime qui pace & federe cum Ferdinando  
 colligati sunt plane intelligent eum pacis  
 amatorem ee: federum conservatorem: tu-  
 eq; S<sup>r</sup>. maxime observatorem. Dixi.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



UVA.BHSC

UVA.BHSC



UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC



UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC



Al

Pa

Ex

M

Bibliothèque  
2

UVA LIBRARY